

Viro celeberrimo

Dom. W. Minto Juri utriusque Doct.

Matheseos & Philos. Nat. Profef.

Amico desideratissimo

amoris ac observantiae causa

Auctor.

ORATIO INAUGURALIS

D E

VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ,

QUAM, CORAM

VENERANDA ECCLESiarUM BELGICARUM SYNODO,

NEO EBORACI, CONVOCATA,

PUBLICE IN AEDE SACRA HABUIT,

JOHANNES H. LIVINGSTON, S. Theol: Doctor,

Atque V. D. ibidem Minister;

QUUM THEOLOGIAE PROFESSIONEM

IN EARUNDEM PRAECIPUE USUM

AUSPICARETUR.

Ad Diem XIX Maji, M DCC LXXXV.

NEO - EBORACI,

Excudebant SAMUEL et JOHANNES LOUDON,
Reipublicae Eboracensis Typographi ordinarii.

(RCPPG)

5711

.592

VIRIS ERUDITIONE AC PIETATE CONSPI-
CUIIS, BELGICARUM HEIC ECCLESICIARUM MI-
NISTRIS, PATRIBUS, FRATRIBUSQUE IN
CHRISTO DOMINO, OMNI HONORE ATQUE
AMORE PROSEQUENDIS:

NEC NON EARUNDEM REVERENDIS PRES-
BYTERIS, DIACONIS, SINGULISQUE
MEMBRIS DIGNISSIMIS:

JUVENTUTI DENIQUE SACRO SANCTO
EVANGELII MINISTERIO DICATAE,

Orationem hanc Inauguralem, ex consilio
plurimum venerandae Synodi nuper habi-
tam, nunc vero luci editam,

ea, qua par est, animi humilitate
atque observantia, facram facit

A U C T O R.

**** Observet Benevolus Lector non totam hanc
Orationem, sed selectiores partes tantum co-
ram Synodo ore pronuntiatas esse.**

*Cum Typographi heic locorum perraro quicquam
latine Typis excudunt, plurima facile errata ir-
repserunt, quae tamen postea quodammodo no-
tata, atque sequente modo emendanda sunt.*

*Pag: 17. barbarum lege barbararum. 28. principio—
principio. 30. oquar—loquar. 43. nulla alia—nullo alio.
48. redditum—reditum. 54. pertinent—pertinet. 57. di-
cere—indicare. 59. obtinere—obtinere. 66. sub fin—lege
postquam. 68. illum—illud. 75. vocavissent—vocave-
rint. 76. sapientia—sapientiae. 76. praeclari—praeclaro.
77. vilum—vile. 78. not. quae—quod. 79. persua-
dere—persuaderi. 81. perhibet—perhibeat. 82. quaestus
—questus. 90. ortam suam—ortum suum. 90. complecti
—amplecti. 91. posidentem—possidentem. 92. recusent
—recusent. 92. auditorium—auditorum. 93. dissimu-
labant—dissimulabunt. 93. immunditiam—immunditiem.
93. commodabant—commodabunt. 94. vera—verus. 94.
extiteret—existeret. 95. inutile—inutili. 95. patrones—
patroni. 95. appugnant—oppugnant. 97. neget—nega-
bit. 98. colligentur—colligantur. 107. gessu—gestu.
110. discete—discite.*



ORATIO INAUGURALIS

D E

VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANÆ.

CUM tandem ille dies auspicatissimus orbi terrarum illuxerit, quo nos DEUS ad libertatem et beatum Imperii culmen evexit; cum tam admirandorum divinae providentiae operum spectatores fuerimus; tanta discrimina rerum, tot horrida bella passi; nunc autem restituta pax sit, suavisque durioris certaminis fructus redierit; quid nobis restat? Quid adhuc requiritur, nisi ut gratis animis, piisque cordibus beneficia haec omnia rite recordemur, ea semper confiteamur, atque iisdem denique bene fruamur?—Praeclara quae

quae Deus monstravit amoris signa dum nostrae libertati prospiciebat, enumerare si vellem; citius numerum inirem arenae in littore quotque volvat aestus corpora.—Quinimo labores, pericula, dubias atque asperas res, quibus nuper Heroes nostri ad haec otia nobis comparanda versati sunt, si commemorare mihi daretur: difficile profecto esset, oratione concinna, styloque factis exaequato, omnia ordine enarrare; Diesque mihi deficeret antequam horum Exordia sola finirem. Incredibile enim dictu est, incepto Bello, quantus libertatis ardor, quantus virtutis stimulus, quanta gloriae cupido honesta Americanorum pectora invaserint, atque in iisdem ad felicem usque contentionis exitum, indies creverint.—Tum primum juvenus antea simul laboris, simul Belli impatiens, in castris brevi tempore per usum, militiam discebat; et talibus viris non labos insolitus, non locus ullus asper aut arduus erat, non armatus hostis formidolosus. Virtus, fortitudo, mens conscia recti, amor patriae, omnia vincebant. Historia testis Temporum et nuncia Veritatis, praecleari

praeclari facinoris famam posteritatis memoriae tradet. Magnalia haec loquentur annales, at stupebit vixque credet posteritas.

Beatam rempublicam ! quis sicut tu (Jacobaeam olim dilectam si gentem excipias) quis sicut tu, populus servatus per Dominum, auxilii tui scutum, et gladium excellentiae tuae. O Felix ter quaterque inter beneficia talia, bona tua si noveris, neque, quod Deus avertat ! per luxuriam, coeterasve malas artes, res tuas cunctas, partumque Imperium, Eheu nimium subito, obscurares, funditusque subverteres.

PULCHRUM est reipublicae bene facere ; decet etiam omnem civem esse disertum, impigrum, laboriosum ; atque aut artium liberalium scientiarumque, aut rei militaris, aut culturae terrae, aut denique commercii peritum, neque minus civitatis regundae. At tamen haec omnia consecuti, adhuc miserrimi nos essemus, nisi VERAE RELIGIONIS cognitionem et praxin, quae prae aliis necessaria est, atque omnia
excellit,

excellit, adjungamus. Justitia enim gentem exaltat, Deumque colere et ex animo eum veneri, vivendi recte fons est, et sapientia prima.

Utinam tandem ille, tot piorum votis expetitus, advenerit dies, quo sublatis e medio impietatis omnisque sceleris vestigiis, totum hoc, quo late patet, imperium, quod constellationis instar novo fulgore rutilat, unum, una mente colat, una voce profiteatur Deum, pacis et salutis nostrae auctorem et praesidium! Quae quidem res, uti Christianis omnibus exoptanda, ita iis imprimis curae, cordique sit oportet, quibus Evangelii praedicandi munus commisit summus veritatis juxta ac pacis rex JESUS. Quorum quum in numero me quoque collocatum esse gaudeam; ita mihi in tam glorioso tanti regis ministerio versandum esse ratus sum; ut si qua in me sit doctrina, quae quidem quam sit exigua probe sentio et agnosco; eam omnem Ecclesiae ejus utilitati, propenso animo totisque viribus semper consultam esse velim. Cum enim nihil in me sit, quod Christianae reipublicae jam diu non consecraverim;

recte

recte veritatis, virtutis que me sequi partes oportet, meritoque omnem studiorum actionumque rationem, et quodcunque apud alios valeam, ad religionis christianae commodum atque lucrum praecipue referendum esse duxi. Caeteris enim omnibus rebus finis est: religio sola, salutiferique ejus fructus semper permanent. Huic ut obsequar mihi voluptas; hoc unum gaudium; hic scopus auctum fruar mihi maneat perpetuus.

Quod igitur corde veneror, quod semper aliis mihi que ipsi, et ore et factis commendatum velim; id summa ratione, hac solemniori occasione, orationis argumentum constitui primarium.

In tanto vero argumento, tantaeque coronae conspectu, nil mirum quin gravi me perfundi sollicitudine, animumque sacro quodam horrore totum contremiscere sentiam. Coram enim summis et doctissimis viris non pro honore et existimatione nunc me dicturum conspiciatis, AUDITORES SPECTATISSIMI: sed pro initio et auspiciis gravissimi sane atque sanctissimi muneris; cujus vestra, patres venerandi, fratresque

B

que

que in Christo plurimum reverendi, sacra auctoritas mihi imponit et constituit religionem. Quod igitur mihi demandatum humerisque meis impositum, quidquid sit, aut muneris aut oneris ; ut Ecclesiae, ut vobis, mihi que ipsi feliciter prospereque eveniat, a Deo solo auxilium faustumque huius rei eventum desiderare atque certo expectare me decet ; ab illo, qui laborantem potenti manu sustentare valet ; qui novum mihi hocce negotium commisit, atque instruendi me et animo et viribus pollet.

Hoc proposito, hac firma fiducia animatus, solemne nunc muneris initium adgredior ; et quidem pro institutis majorum, Ecclesiaeque belgicae consuetudine, quae non nisi recitata prius de digno quodam argumento oratione, officii huiusmodi exordia legitime capeffere permittunt.

Meditationem vero in praesenti eligendam ejusmodi arbitratus sum, quae vestra profecto attentione A. H. maxime digna sit ; dicturus de VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANAE. Siquidem hanc etiam explicare religionem, camque tanquam ve-

papa

ram et gravissimis argumentis divinitus constitutam vindicare, mearum est partium : quid quaeso magis proposito consentaneum censi potuit, quam apodictica quaedam hujus religionis PRINCIPIA jam inde a professionis publicae subeundae initio, quadantenus exhibere ?

RELIGIO multifariae notionis apud latinos vocabulum, summi numinis cultum, vel potius inviolabilem numen hoc colendi obligationem, ex dependentia ab eo ortam, nobis dicit.

Dari utique in mundo obligationis hujus cognitionem quandam universalem, certamque Deum colendi rationem ac studium ; quae non ex pravis principiis ortum suum duxit, sed ex intima existentiae Dei, rerum omnium opificis et supremi arbitri persuasione nascitur, ante omnia ut observemus operae erit pretium.

UNUSQUISQUE ratione praeditus sponte huic propositioni adsentitur : DEUS EST. Veritas quippe haec principiis omnino primis atque cum ipsa ratione menti insi-

sis nititur. Quisque enim homo existentiae et dependentiae suae conscius, si ad seipsum attendat, statim animadvertet certissime dari aliquod ens, cui existentiam suam et omnia alia debet. Vel ut elegantius orator ille dixit “ nemo est tam rudis, tam feris moribus, quin oculos suos in coelum tollens, tametsi nesciat cujus Dei Providentia regatur hoc omne quod cernitur, aliquem tamen esse intelligat, ex ipsa rerum magnitudine, motu, dispositione, constantia, utilitate, pulchritudine, temperatione; nec posse fieri, quin id, quod mirabili ratione constat, consilio majori aliquo sit instructum.”

Ex his simul alterum deducit mens humana axioma, nimirum, huic enti hominem adeo subiectum et obligatum esse, ut sui officii putet, exequi, quidquid ulla ratione sive per naturam, sive per revelationem, tanquam mandatum illius entis, sibi innotuerit. Quod igitur rationi tam congruum est, et per tam brevem argumentandi viam conficitur, id merito principium universale et omnibus hominibus pervulgatum esse perhibemus.

STULTOS

STULTOS fuisse ponamus, qui petulanter corde dixerunt: non esse Deum, omnia que humana temerario fortis arbitrio ferri ac referri; dari etiamnum homines, qui se atheos profitentur, Deumque esse negant. Sed quid inde? ergo non datur religio hominibus connata et universalis? infelicissima haec foret ratiocinandi methodus. Quis enim ex monstro quodam horrendo exemplar mutuaret, ad quod examinanda existimet ea, quae homini naturalia et propria censenda sunt? Et quid nobis cum atheis? Homines profecto inveniuntur quamplurimi adfectati, deliri mentisque parum compotes, qui talem jactitare opinionem audeant. Sunt denique nimium multi, qui ita vitam instituunt, ac si non daretur Deus, cujus mandata religiose observare hominis esset: sed qui gravi argumentorum pondere eo adducti sint, quo sana mente, plane, serio et sine ullo conscientiae remorsu ex corde credant non esse Deum; nulli hominum inventi sunt unquam, nulli etiamnum inveniuntur.

D

O demens

O demens Epicure ! Dei vestigia passim
 Effugis, at delere nequis, te, te illa sequuntur;
 Quidquid agis, quodcunque vides, ars ipsa fatetur
 Artificem. Deus hic, certe Deus. Haud timor ergo
 Fecit in orbe Deos primus; nec Jupiter uno
 Creditus ex tonitru terris regnare minaci.*

ABORIGINES per terrarum orbem dispersi multi fortasse sunt, qui sub dio degunt et nudi, ferarum instar, sedibus incertis, sylvas oberrant; genus hominum agreste sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum: sed inter eos, qui omnis religionis specie destituti sunt, qui omni numinis sensu plane caruerunt nulli usquedum reperti fuere.

Si autem ad veterum recentiorumque narrationes quis provocaret de variis populis, apud quos nullam numinis notitiam repertam esse testantur; nihil tamen ex his omnibus sequitur, quam nulla apud illas gentes religionis indicia narratoribus patuisse. Nihilominus tamen supremi entis, quod omnia potenti sua manu dirigit, vera quaedam agnitio locum

* Anti Lucret. Polignac, lib. ix.

cum habere potest, licet non sese manifestaverat per publicum et bene notum numinis cultum. Vix etiam dubitare possumus quin idem ab omnibus Scriptoribus observatum fuisset, si linguarum et morum variorum populorum, qui Athei exhibentur, notitiam habuissent. Antiqua Gallorum natio, teste Caesare, “admodum religionibus dedita fuit. Druides imprimis hoc voluerunt: non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios. Multa praeterea de Deorum immortalium vi ac potestate disputaverunt †.” Hoc etiam constat ex relationibus nuper factis ab iis, qui cum COOKIO celebri novarum regionum exploratore, per oceanum pacificum navigaverunt; qui de incolis Novae Zelandiae et Oteheite idem observarunt* non

† Caesaris com, de Bello Gal. Lib vi.

* As to the religion of the New-Zealanders we know little about it, however this I shall not hesitate to observe, that they have some idea that respects a God, and they are not ashamed of him.

As to the religion, laws and government of the people (viz. of Oraheite) much has been said about them by former

Non profecto naturae hominis magis congruum est patriam diligere, libertatem tueri, commoda sua captare aut vitam ipsam sectari; quam vitae auctorem agnoscere, naturae opificem venerari, et unam aliquam religionem, quae ad salutem dux futura sit, serio profiteri. Quamvis ad omnium omnino gentium hac in re testimonium non aequè provocare liceat, cum de nonnullis non ita clare constet; illud tamen bene notandum

former voyagers, and in truth too much, especially about their religion WHICH THEY ARE NOT FOND OF DISCOVERING, and therefore when urged on the matter, have often rather than displease those who made the enquiry, told not only different accounts, but such as were utterly inconsistent with what we knew to be true from ocular demonstration; they assured us for instance that they never sacrificed human bodies, but an accident happened that contradicted it, and gave us the full proof of it, its operation and design, which was an oblation to the God of war, made previous to that undertaking.--- They believe the immortality of the soul, at least its existence in a separate state.---It is supposed they have notions of transmigration: Our conjectures originate from the universal, constant and uniform regard which they pay in a greater or less degree to every species of subordinate being; even to the minutest insect, and the most insignificant reptile.---What they conceive respecting a God we cannot tell; though we conclude upon the whole, that they worship one great Supreme and governor of all things, &c.

Journal of Capt. Cook's last voyage, by I. Ledyard, Page 15, 53, 57.

notandum, quo magis populi ratione et sapientia excelluerunt, eo firmiores apud eos et accuratiores summi numinis ideas semper fuisse, cultusque divini obligationis rationem ac studium maxime valuisse. Unde quos sapientes antiquitas vocavit, Brachmanes apud Indos, ut et apud Persas magi, a Dei nomine omnia inchoabant. Pythagoras quoque et Plato ab iisdem verbis suas lectiones orsi, in eadem finiebant†.

Poetae

† Multos ex graecis philosophos atheismum professos fuisse bene constat. Eruditus Glocestriae Epis. Warburton de eorum omnibus male existimat eosque hoc sequente ordine disposuit. The antient Greek philosophy may be all ranged in the ELEATIC, the ITALIC, and the IONIC lines. The Eleatic line was wholly composed of atheists of different kinds; as the DEMOCRATIC, the PYRRHONIAN the EPICURIAN, &c. All in the Italic line derive from PYTHAGORAS, and swear in his name. All in the Ionic, till SOCRATES, busied themselves only in physics; he it was that first brought philosophy out of the clouds to a clear contemplation of human nature, and founded the *Socratic school*, whose subdivisions were the PLATONIC or old academic, the PERIPATETIC, the STOIC, the MIDDLE, and the NEW ACADEMY.----On the whole it appears that the academics, as distinguished from the platonists were mere sceptics. Those then remaining, will be the PYTHAGORIC, the PLATONIC, the PERIPATETIC and the STOIC.----The PHILOSOPHIC QUATERNION of dogmatic theists &c.

Divine legation of Moses, book III. sect. 3.

E

Poetae etiam antiquissimi qui philosophiam versibus tradiderunt, Orpheus, Homerus, Hesiodus et ceteri ab Jove principium lubenter sumserunt †.

Gentes diversae diversas de religione opiniones susceperunt, at in eo saltem consentientes, quod Deus est atque ille ab hominibus coli debeat. Esse igitur **AUDITORES** religionem quandam universalem ac omnibus hominibus connatam, extra dubium ponitur.

SED si inquisitio veritatis instituat, et varia variarum inter homines religionum systemata ad lapidem lydiam revocemus, plus facile erroris quam veritatis deprehenditur. Principia quaedam vera bonaque in omnibus fortasse religionibus inveniuntur; at quam multis et fere innumeris erroribus commixta, adulterata, obruta! verum et bonum est quod omnes affirmant: esse Deum, eumque esse colendum; at multa Deo maxime indecora, cultumque manifeste sceleratum, horridum ac impium saepissime his principiis multi intexent. Alii creaturas tum terrestres tum caelestes colunt: alii
homines

† *Vid Mornacum, de verit. relig. Christi. cap. 1.*

homines vivos idolis mactant, vel mortuos bello occisos sacrificant : alii nonnulla et permittunt et fanciunt, tum quae legibus bonis adversantur, tum quae naturae ipsi et pudorem et horrorem incutiunt. Haecce omnia simul bona simulque vera esse nequeunt : haec religionem Deo gratam acceptamque nullo pacto constituere possunt.

Quid ergo AUDITORES concludendum ? nempe, cum in verum et falsum inter has diversas de Deo ejusque cultu sententias inquiritur, totum systema in omni ejus complexu semper esse sumendum, et non ex selecta aliqua parte judicium temerarie pronunciandum. Omnis igitur cujuscunque generis religio, non solum gentium barbarum sed et populorum sapientissimorum, si generatim consideratur, aut VERA aut FALSA sit necesse est. Verum enim et bonum ex integris oritur, malum et error ex quolibet defectu.

FALSA dicitur religio quae profert, quae vel ipso summo numine, vel quae cultu divino et debita Deo obedientia indigna

digna sunt. Prior IDOLOLATRIA vocatur, posterior denominatur SUPERSTITIO. VERA religio ea est quae res solum veras de Deo et ejus cultu credendas et praestandas docet. At hanc definitionem ultimam jure merito religioni christianae esse adscribendam, atque de ea sola praedicandam, nunc nobis, AUDITORES SPECTATISSIMI demonstrandum est.

CUM homines magna concertatione inter se de religione diffideant, secumque ipsis in hoc negotio plerumque discordent; necesse est ut certa principia stabiliantur, ex quibus dijudicari potest quatenus religio vera sit, quae falsa; contradictoria enim simul stare non possint, ac in re tanti momenti periculosissimum sit ignorare ubi certum figere nobis pedem liceat. Cujus libet veritatum systematis ea est natura ut, quae traduntur, primo cuidem principio sint superstructa; eadem in hoc dogmatum quae aedificiorum sane est ratio: haec antuta sint atque stabilia ex fundamentorum firmitate est dijudicandum; illa an vera, certa atque rationi consona ex primis illis principiis

principiis, eorumque natura et indole apparet, si modo deductio rite fuerit instituta. Prima igitur principia probe perpendenda sunt.

Uti in falsis religionibus hypothesis aliqua, sive error primarius est, ex quo errores caeteri facile deducuntur; vel ad quem tendendum, reliqui articuli omnes concurrunt tanquam ad communem aliquem finem: ita etiam in vera religione, primaria aliqua datur veritas, quae reliquarum omnium basis est atque fundamentum. Hujus fundamenti adcuratam ut habeamus cognitionem, et de illius certitudine convicti simus, maximi est momenti: principiorum enim religionis generalium ignorantiam, causam infidelitatis foecundissimam esse atque semper fuisse, testatur omnium temporum experientia.

Quaenam sit illa veritas primaria ad quam reliquae omnes tanquam ad principium omnium primum tendunt, et in quam aliae omnes resolvuntur, ex ipsa religionis INDOLE ac FINE determinari debet.

Vera

F

Vera religio in sua natura et indole, non tanquam res fortuita et arbitraria nobis concipienda est; sed in ipsa Dei ac Hominis natura, mutuaque relatione fundata. Hinc enim a parte Dei, jus ac dominium summum nascitur; et a parte hominis certa officia necessario praestanda oriuntur constituunturque. Primarium igitur omnis verae religionis **FUNDAMEN** est, illa hominis ad Deum **RELATIO**, qua homo totus ac semper a Deo **DEPENDET**, et propterea obligatus est ad actiones suas liberas, non pro lubitu, sed secundum Dei voluntatem penitus ac semper componendas,

FINIS verae religionis alius esse non potest, quam ut Homo ad gloriam Dei vivat, et inde propriam salutem aeternam obtineat. Complexus omnium perfectionum divinarum quatenus a creaturis cognoscitur, vocatur Dei gloria. Finis generalis, quem Deus intendit in operibus suis, ut sit manifestatio attributorum suorum necesse est. Cum autem perfectio alicujus rei aestimari debet ex relatione
sive

sive convenientia cum fine generali; sequitur, perfectionem hominis in aptitudine manifestandi gloriam Dei consistere; et inde summum verae religionis finem non alium esse, quam ut homo ad gloriam Dei vivat.—Argumentandi ratio eodem redibit si res a parte hominis consideretur. Hominem nempe tanquam creaturam ratione praeditam, quae a Deo originem vitamque traxit, semperque ab eo dependet, non alium quam Deum ipsum finem habere, neque ex alio fonte propriam salutem assequi aut haurire posse, immortalis ipsius ac rationalis postulat natura. Frustra enim conditus esset, vel saltem nulla spe suffultus, vitam degeret miserrimam, nisi ad Deum, ad summi boni, vitaeque beatæ scaturiginem pateat aditus. Quis ergo religionis finis, nisi ut Homo supra mundum, supraque se ipsum attollatur; ut Deum optimum maximum non litera, non externa specie sola, sed spiritu, totoque suo corde colat; illum contempletur, illum amplectatur, totus ejus amore accendatur; ac denique amorem hunc, qui verae religionis anima

ac

ac vita est, per obsequium omni Dei voluntati praestitum, probet, confirmet, augeatque; et tandem feliciter ad beatae communionis cum Deo fruitionem perducatur?

Quodcunque itaque pro vera religione venditatur, quod revera ex hac proxima RELATIONE Deum inter et hominem non probe fluit; quod huic primario FUNDAMENTO, nimirum dependentiae hominis a Deo, non rite superstructum; vel quod denique summo huic FINI, nempe gloriae Dei et salutis nostrae non respondet; id veram religionem, et cultum Deo decorum, hominique salutare, nullo pacto constituere potest; id religionis nomine indignum; id falsum est ac merus error, idolatria aut superstitio.

QUONIAM autem vera religio primo intellectus dein quoque voluntatis objectum est, sponte sequitur principium quodam ad intellectum pertinens dari debere unde illa derivari possit. Duplex autem cognoscendi

cendi datur principium, alterum NATURALE, quod natura ipsa innotescit omnibusque hominibus est commune; alterum REVELATUM, quod speciali ac supernaturali voluntatis divinae manifestatione nititur: hinc quoque duplex Theologia, altera naturalis, quae illi, altera revelata, quae huic innititur principio.

Religionis naturalis fundamentum est creatio et providentia, ac hominis quae inde fluit, dependentia a Deo ceu a Creatore et Conservatore suo: hanc religionem cognoscendi principium est ratio humana. Religionis revelatae fundamen est redemptio, ac inde nata peccatoris dependentia a Deo tanquam Salvatore suo: hujus iterum cognoscendae principium est sola revelatio divina. Aliud itaque est fundamentum religionis naturalis, ad quam homo qua homo obligatus est; aliud revelatae, ad quam qua peccator obstrictus: aliud etiam prioris cognoscendae principium, aliud posterioris.

G

Ex

Ex diversa hominis ad Deum relatione religionis oritur diversitas. Aliam enim esse hominis integri relationem atque statum, aliam peccatoris, quis non videt? Homo integer Creatoris imagine adornatus, sapientia et sanctitate praeditus, obedientiam legibus divinis absolutam feliciter praestare potuit, et inde vitam aeternam obtinere debuit. Homo autem peccator his dotibus orbatus, criminisque simul capitalis reus, legi sanctae ac spirituali amplius obedire nequit, vitamque beatam per hocce medium, nunquam ei attingere licet.

Homo certe AUDITORES si nunquam peccasset, vitam aeternam, id est, perfectissimam Dei fruitionem, post absolutum obedientiae curriculum, aeternae duritiam indubitato obtinuisset ac rite possedisset. Deo etenim congruum est, ut creaturae sanctae quamdiu talis manet, pro ratione status istius, se communicet et fruendum praebeat. Nemo sane concipere potest
Deum

Deum homini injungere, ut eum supra omnia amet, cum pro summo suo bono habeat, in eum desiderii ac fruitionis summum caput collocet, et tamen ea lege, ut haec omnia tandem frustra sint, ac homo Deum nunquam inveniat, votique sui minime compos evadat.

Obedientia legibus divinis perfecta omnibusque partibus absoluta, nexu inviolabili, cum vita beata semper ac necessario conjungitur. Postquam vero Dei praecepta homo violaverat, tota mutata est ejus conditio, novus hominis ortus est status, novaque Deum inter et hominem intercessit relatio. Ex hac nova relatione, nova hominis erga Deum nata est obligatio, et inde nova religio*. Si ergo beatus
aditus

*Non quod religio christiana, nova sit religio sensu Sociniano, sed tantum comparate religioni naturali. Prima enim omnium promissio gratiae, eaque foecundissima, continetur in verbo, quod Protoplasti mox post lapsum audiverunt, de SEMINE MULIERIS caput serpentis

aditus ad Deum peccatori unquam concedi potest, is per novam viam, is per religionem a religione naturali diversam, alioque fundamento superstructam, et ex alio principio elicitam, ut sit necesse est.

Ex his igitur diversis relationibus ultro AUDITORES constat, alium modum esse salvandi hominem nondum lapsum, alium vero hominem peccatorem; aliud propterea dari fundamentum religionis hominis integri, ut et cognoscendi principium, aliud hominis peccatoris.

Hae duae religiones in homine quatenus est creatura ratione praedita, et simul quatenus peccator, recte concurrere possunt. Religio revelata eos tantum obligat quibus revelatio contingit. Religio naturalis quae ex ipsa natura oritur, et in mutua relatione

pentis contrituro, quae continet aeterni testamenti apertionem, et propositi gratiae de salute declarationem plenissimam. *Non igitur est cogitandum cum Crellio nos in nova religione vivere: uti bene observavit cell. Cocceius Oper. tom. IV Gal. 6-42.*

relatione Deum inter et hominem fundata est, ad omnes omnino homines (variis quidem gradibus quoad cognitionem, eodem vero quoad obligationem primariam,) sese extendit, eosque semper ad obedientiam obligat; etiamsi nunc, deperditis per abusum libertatis viribus, praecepta illius religionis servare non amplius possunt. Religio revelata religionem naturalem tanquam homini propriam amplectitur, multaque nova ad salutem peccatoris omnino necessaria patefacit: unde vera peccatoris religio utramque religionem, et naturalem et revelatam necessario includit. Harum veritatum generalium si clarior inter nos obtineret cognitio, haec religionis diversa si magis expresse inculcarentur principia, non tot difficultates, tot dubia, tot Deistarum objectiones circa religionem nata fuissent.

Cum autem religio naturalis columnarum una est quibus religio christiana innititur, pauca accuratius, tum de ejus

H

INDOLE

INDOLE ac COGNOSCENDI PRINCIPIO;
tum speciatim de ejusdem DEFECTIBUS
ad salutem peccatoris acquirendam ex-
plananda sunt, priusquam de revelatione
initium dicendi faciam.

Religio naturalis ex jam dictis fa-
cile definitur, per obligationem homi-
nis actiones suas dirigendi ad voluntatem
Dei tanquam Creatoris ac Gubernatoris
spectati. Deo optimo maximo jus sum-
mum competere in omnes creaturas suas,
et speciali aliqua ratione in creaturas ra-
tione praeditas, certissima consequentia
atque sua luce patet. Jus autem illud
non solum in creatione, sed et in omnibus
perfectionibus divinis recte fundatur. Si
enim Deus est primus, summus et opti-
mus, ut creaturae omnes, omni modo,
a primo, summo et optimo illo Deo depen-
deant necesse est. Hoc enim ad univer-
sam creaturarum naturam pertinet. Quo
igitur plures entitatis gradus in creatura
aliqua sunt, eo etiam plures dependentiae
gradus

gradus a summo ente in ea ponendi. In creatura rationali praeter entitatem metaphysicam physicamque, quam cum reliquis creaturis communem habet, perfectior quidem entitatis gradus est, nempe quod ratione sit praedita. Dependet ergo homo qua ens a Deo ut a summo Ente et Creatore; et qua creatura rationalis a Deo uti a summa Ratione et Domino. Unde providentiae physicae tanquam creatura, et providentiae morali tanquam ens ratione praeditum, homo ut subjectus sit, oportet*. Haec autem dependentia, cultus divini est fundamen primum, et obligatio ex hoc principio nata vocatur religio naturalis.

Religionis naturalis scientia theologia dicitur naturalis, et definiri potest, esse Dei ejusque perfectionum ac operum, ut et officiorum nostrorum inde profluentium cognitionem, quae ex solo rationis auspicio,

* Vid. Wurf: Oeconom. foed. lib. 1.

auspicio, absque ullo revelationis divinac auxilio, attingitur. §

Ratio humana theologiam naturalem cognoscendi unicum est principium†. duplici

§ Theologia differt a religione tanquam scientia ab objecto suo; cum tamen scientia haec quam maxime practica sit oportet, nihil communi acceptatione inter se differunt. Unde Cel. Wytttenbach de hac distinctione, sic se habet. "Theologia versatur vel circa credenda de Deo, vel circa agenda erga eum, adeoque docet tum Deum cognoscere, tum etiam eum colere. Quae de Deo credenda ac erga eum agenda sunt, etiam indagitantur voce religionis, quae hic definitur quod sit recta Deum cognoscendi eumque colendi ratio: religio itaque proprie non differt a theologia." Tentam. Theol. dogm. proleg. 4: 19: 20.

† Ratio aliquando *causam* designat. Sic nos non possemus existere, nec res aliae extra nos, nisi aliquid esset, unde posset intelligi, cur potius existamus quam non, et res aliae potius existant quam non, quod appellatur *ratio*; unde dicitur *nil existit sine ratione*.

Ratio actionum vocatur *motivum*. Hoc sensu *ratio objectiva* cur aliquid appetatur, illa dicitur, quae desumitur ab objecto; ubi quis agit vel elegit aliquid propter objectum seu representationem ipsius ut boni. *Ratio subjectiva* illa dicitur quae desumitur a subiecto agente, qua quis agit aut elegit, nulla habita ratione objecti, qua stat pro ratione voluntas. Hic vocabuli usus in questione, *cur Deus hunc mundum creare decreverit, &c.* magni est momenti.

Ratio

plici tamen fundamento, argumenta quibus utitur ratio in hoc negotio, nituntur. Alterum internum in homine ipso; externum

Ratio autem sapissime fumitur, tanquam solum respectum habens ad intellectum entis intelligentis, vel ad veritates facultati huic propositas; quando eodem modo *objectiva* et *subjectiva* audit. De ultimis his, accurate et concise, pro more suo differuit acutissimus BUURTIUS, apud Amstelodamenses nuper Antistes celeberrimus, nobisque dum vixit amicissimus ac carissimus.---Wy moeten hier een weinig ophelderen, wat wy door de Reden verstaan. Zomtyds wordt dat woord *voorwerpelyk* genomen, en betekent den *Schakel van alle waarheden*. Zomtyds komt het *onderwerpelyk* voor, en geeft dan de *beschouwing van dien schakel* te kennen. God alleen heeft daar van ene volstrekte volmaakte kennis. De beschouwing der menschen is zeer bepaald; vooral als zy buiten 't licht der goddelyke openbaringe leven. Ook is zy door de zonden zeer bedorven: doch wy zullen se zo beschryven, als zy ze behoorden te gebruiken; en verstaan dan hier door *des menschen reden*, *onderwerpelyk* genomen, *het vermogen, dat hy heeft, om buiten goddelyke openbaring, een geedelte van den Schakel der waarheden te beschouwen*. Zegt men dan, dat de natuurlyke Godgeleerdheid uit de reden word afgeleid; het geeft te kennen, dat zy geleerd wordt door de beschouwing van die waarheden, die men zonder goddelyke openbaringe weten kan.

Beschouwende Godgeleerdheid door A Buurt
 tweede Verhand: § 14

ternum alterum in aliis creaturis positum.
Prior Theologia innata appellari solet; posterior acquisita audit.

Questionem de idea innata, quae Deum infinitam ita representat, ut ex ideae contemplatione, absque ullo ratiocinio, mens humana directe perspiciat, et esse Deum, et summe cum perfectum esse: uti et plura de argumento pro existentia Dei ex illa idea elicit, missa nunc faciamus†. sufficit A. A. nos facile concedere, talem innatam, eamque positivam ac claram Dei in mente humana ideam, non dari; nihilominus tamen, Theologia quae merito innata dici possit, omnino datur; est enim ea summi Numinis cultusque ejus agnitio, quae ex
innata

† Argumentum a priori pro existentia Dei ab innata entis perfectissimi idea elicitum, sic se habet. "Mens possidet ideam entis summe perfecti; perfectus autem est existere quam non existere; necessario existere, quam contingenter existere; necessaria ergo existentia continetur in idea entis summe perfecti; ergo illud ens necessario existit.

innata mentis facultate, et universali conscientiae dictamine, una cum rationis usu, sponte fuit. Hanc Dei agnitionem in omnium animis ipsa dictavit ratio, impressit natura ipsa. Quae est enim, ut Ciceronis verbis oquar, quae est gens, aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina, anticipationem quandam Deorum? antecēptam nempe animo rei quandam informationem, sine qua nec intelligi quidquam, nec quaeri, nec disputari possit? cum enim non instituto aliquo, aut more, aut lege fit opinio constituta, maneatque ad unum omnium firma consensus; intelligi necesse est, esse Deos, quoniam insitas eorum, vel potius innatas cognitiones habemus*.

Sed, quod probe observandum; cognitio haec, licet siue argumentatione ab aliis creaturis orta est, tamen non profus

* De Nat: Deorum. lib. i.

fus absque ullo ratiocinio aut argumentatione existit. Homo enim existentiae suae conscius, si solummodo ad se ipsum attendat, nulla aliarum rerum ratione habita, ex propriae existentiae et dependentiae suae conscientia, confestim deprehendit, et cum brevissima argumentatione statim concludit: certo certius et necessario dari aliquod Ens supremum. Scientia ex hac fonte et tali modo elicitur THEOLOGIA INNATA nominatur.

Nimirum est ratio nobis innata perinde
 Ut sunt innati sensus, Nos fecimus ipsi
 Aures atque Oculos quibus utimur; ut neque rerum
 Objectas species; quas inter et organa sensus
 Harmoniam possuit talem natura creatrix,
 Ut, cum obversantur, sensus simul hauriat illas.
 Non magis artifices propriae rationis haberi
 Possumus, aut veri; quod cum ratione ligatur
 Harmonia tali, nequeat se ut pandere verum,
 Quin ratio confestim apprehendat et imbibat illud*.

Theologia naturalis ADQUISITA in eo
 differt ab innata, quod per argumentationem

* Anti Lucr. lib. ix.

tionem ex rerum creaturarum contemplatione conficitur, et fundata est potissimum hoc principio; *nihil potest esse aut fieri, sine causa vel ratione sufficiente.* Quicunque innumera omnis generis entia contemplatur, et quo modo illa oriuntur, intereant, vel saltem continuis mutationibus obnoxia existant, facile concludit haec omnia aliquando initium sumpsisse, neque ante illud extitisse. Cum autem nihil sine causa vel ratione sufficiente esse possit, sponte sequitur dari aliquam primam causam, ab hoc mundo spectabili diversam, quae rationem illius existentiae in se contineat.

Auctorem ex ipso aspectu natura fatetur.

THEOLOGIA NATURALIS nos multas easque maximi momenti veritates docet. Sed si inquiratur quasnam homines ex ea theologia veritates discant? Neceffe est ut distinguamus inter homines de quibus

I

bus

bus questio sit. Constat enim multo perfectiorem fuisse Dei ejusque voluntatis cognitionem in statu integritatis, quam post peccati introitum. Adamum sapientia et sanctitate praeditum, insignem habuisse theologiae naturalis notitiam, quae indies per experientiam augebatur, nemo, qui credit primum hominem imagine Dei fuisse ornatum, inficias ibit.

Theologiae gentilium variae dantur species. Per plurimas mundi partes crassissima regnat ignorantia, et paganismus plerumque in turpissima foedissimaque Idololatria consistit, quae ad certa rationis principia nunquam reduci potest. Philosophi sapientiores puriorem unius Dei et ejus cultus cognitionem professi sunt; et talia proferebant, ex quibus systema aliquod theologiae naturalis confici potest; inter eos prae coeteris celebris erat Plato, qui magnifica quaedam ac admiranda de Deo scripsit. Multi tamen eorum nil
nisi

nisi conjecturas protulerunt; incerti plerumque ipsi, saepissime de rebus divinis dubitabant, ac dogmata quae cognoverunt, in nexu suo proponere et e principiis suis deducere non potuerint. Est enim in Theologia, nihilominus quam in Philosophia, admirabilis quaedam continuatio seriesque rerum, qua veritates omnes se invicem suffulciant, ut aliae ex aliis nexae, omnesque inter se aptae colligataeque exhibeantur.

Principia Theologiae naturalis melius dignoscuntur, ac ipsa religio naturalis purior existit, ubi religio Christiana cognita est, et homines revelationis lumine illustrati sunt. Hinc illa religionis naturalis systemata, quae inter Christianos componuntur, summis Dei perfectionibus longe digniora sunt, iis, quae sapientissimi etiam Gentilium de natura Deorum et officiis hominum unquam docuerunt. Ipsae veritates quae principiis rationis

tionis nituntur, clarius lumine revelationis videntur ac facilius inde demonstrantur, quam luce hac negata, ullo pacto fieri potuisset. Hujus ope, ea, quae prius, aut non omnino, aut non nisi obscure viderentur, postea clare observare licet. Sic oculo armato objectum considerantes, nova varia in eo distinguere queamus; unde postea, nudo oculo idem contemplant, ea, jam deprehensa, etiam aliquatenus discernere fortasse valet.

Dolendum est magnopere A. A. homines Beneficium hoc in libidinem transferentes, inter nos plus fatis inveniri. Multi revelatione adjuti, varias in Theologia naturali veritates rationi conformes et cum aliis veritatibus connexas vident, quas postea, seposita revelatione, absque ejus ope erui potuissent, absurde ac ingratis profitentur. Dicunt solo rationis ductu inveniri posse totam illam religionem, quae in S. litteris traditur, aut saltem quod in
ea,

ae praecipuum est. Nihil dictu facilius est, illis qui jam cognoscunt religionem istam. Tunc illud dicendum fuisset, si per totam vitam de religione hac nihil audivissent. Nunc mihi similes videntur iis, qui, postquam a Praeceptoribus, quidquid sciunt, dedicerunt, videri tamen vult *Autodidactoi*: Aut, cum de praeclaris inventis audiunt, putant se haec omnia, nisi jam inventa essent ipsos fuisse inventuros. Quod si cognoscere velimus, quid possit ratio hominis in invenienda religione; non nostram rationem consulere debemus, quos verbum Dei in viam deduxit, quos in eadem dirigit, sed rationem illorum, quibus hoc verbum est ignotum. Hic vero quae monstra pariet sibi relicta ratio, testantur omnium Gentilium exempla; inter quos fuere plurimi, qui non minus ratione valuerunt ac rationales nostri. Dicam verbo, religio mere rationalis, qualis in mundo reperitur, est religio Gentilium: Religio

K Deistarum

Deistarum est religio illorum, qui, postquam ex sacris litteris omnia depromserunt quae placent, dicunt se ea ratiocinando invenisse*.

SCEPTICI, qui et a praecipuo sectae suae promacho PYRRHONII vocantur, rationem humanam ita debilem esse perhibent, ut vexata semper dubiis, quae ipsa sibi nectat, tum de aliis rebus, tum speciatim de Deo ejusque voluntate et cultu satisfacere non possit. Hi Theologiam naturalem pro vaga ac valde incerta habent, et hinc de religione, uti et de omnibus ab intellectu humano investigatis, maxime dubitandum esse* pronunciant†.

SOCINIANI, rationem in aliis licet tantopere extollentes, tamen in hoc, quod
mirum

* Vide acutiss. Werenfelsii de praestant. Rel. rev. Diss. iii.

† The ancient *Scepticism* consisted in doubting of every thing, in affirming nothing at all, and in keeping

mirum est, eam maximopere deprimunt; adeo ut non dari Theologiam naturalem, verum omnem de Deo cognitionem unice derivandam esse, vel ex revelatione vel ex majorum traditione statuunt.

Verum

ing the judgment in suspense on every thing. The origin of scepticism is somewhat obscure.--Pyrrho, who lived under Alexander the great, and made the tour of India in his retinue, is usually reputed the author; whence Pyrrhonians and Sceptics are ordinarily used indifferently. However, the great dogma of the Sceptics had been countenanced, and even cultivated, before Pyrrho, by Democritus, Heraclitus, &c. Vid. *Chambers Dict. Art. Scepticism, and Acatalepsia.*

Many Philosophers have been infidels, few men of sentiment. This holds equally true of our Sceptics in philosophy and Infidels in religion; and it holds true of both, for the same reason.--What true religion and true philosophy dictate of God, and Providence and Man, is so charming, so consonant with all the finer and nobler feelings in human nature, that every man of taste who hears of it must wish it to be true, and I never yet heard of one person of candour, who wished to find the evidence of the gospel satisfactory, and did not find it so. Dull imaginations, and hard hearts, can bear the thought of endless confusion, &c.--the modern sceptical philosophy is as corrupt a body of science as ever appeared in the world. Vid, Dr. Beattie's Essay on Truth, part iii. ch. ii.

Verum enim vero etsi ratio difficultates saepenumero sibi maximas formet, tum in aliis disciplinis, tum in Theologia naturali; multaeque res sint nequaquam satis adhuc explicatae: Tamen nullus reperietur homo mentis compos, qui multis veritatibus non lubens adsentietur, et istis plene totoque animo suffragabitur. Quicumque enim principia clara ac indubitata sequendo recte procedat, non potest non experiendo cognoscere et perspicere ipsam rationem, innata sua vi ac potestate, validissimas formare posse conclusiones; sibi que de pluribus rebus, absque ulla haesitatione, plene satisfacere.

Quod ad socinianorum sententiam attinet; licet de fonte cognitionis inter gentiles, aut de prima traditionis origine et progressu, aut denique de commercio philosophorum antiquorum cum Judeis, non facile est nobis certo dicere; nihilominus cum cognitio de summi Numinis existentia,

tia, ex rerum naturalium contemplatione, in se prorsus possibilis sit ; Gentiles cognitionem hanc, per propriam intellectus vim ac usum acquivisse, et inde Theologiam quandam vere naturalem habuisse, inferre nobis licet. Hoc certe constat, celeberrimos Gentilium Philosophos in rebus divinis tractandis multum occupatos fuisse ; et, testantibus ipsis, ex nulla alia hauriebant fonte, quidquid de Deo ejusque Providentia differebant, quam ex sola naturae contemplatione ; atque inde est, quod illorum doctrina recte appelletur THEOLOGIA PHUSIKE.*

L

Si

* Scriptores enim Gentilium varias de Deo rebusque divinis habuisse dissertationes, vel ex celebri illa tritaque Theologiae distinctione in *Muthiken*, *Phusiken* et *Politiken* colligere licet. Nec est quod quis miretur, ipsos triplex constituisse Theologiae genus, siquidem Deorum rationes in Theatris, Scholis, et in Urbe, a Poetis, Philosophis et Legumlatoribus exponi observaverint.

Si autem ad propriam experientiam, AUDITORES, hac in re provocemus: Nonne abunde liquet, notitiam aliquam de Deo et de virtutibus ejus, ex argumentis e ratione deductis, nobis esse claram ac maxime conspicuam? Nonne experimur intellectum nostrum has veritates, ex principiis omni exeeptione majoribus, firmiter discernere, ac de illarum certitudine summa cum confidentia judicare? Adeo certe se undiquaque conspicuum fecit Deus, adeo et in omnibus rebus sese pinxit, et existentiae ejus argumenta in nostro praesertim animo impressit et expressit, ut multa de summo Numine, ex rationis dictatis, meditari, eloqui, scribere, profecto possimus.—Facile attamen concedamus Theologiam naturalem, totamque de Deo officiisque nostris cognitionem, quae alias per propriam intellectus vim ac ipsam animae naturam, nobis possibilis est, saepissime per negligentiam

negligentiam et pravas affectiones, multum suffocari posse, ut ipso actu non adfit, licet adesse omnino posset.

Praecipua Theologiae naturalis dogmata, imo primaria omnis religionis salutaris capita, hisce quinque articulis, a quibusdam complectuntur: Nempe, Deum esse: Eum esse colendum: Virtutem et pietatem veram cultus divini esse rationem: A peccatis esse resipiscendum: Et dari praemium bene, et paenam male viventibus post hanc vitam.—Ex sententia veterum philosophorum, ea omnia, ad haec duo, ut in compendium, potissimum redigere possunt. Videlicet **EXISTENTIAE DEI** indefinentem rerum humanarum curam agentis cognitionem: Et **ANIMAE IMMORTALITATIS** firmam persuasionem. His duobus capitibus tanquam basi superstruitur Theologia naturalis, ali-

oquin

oquin ruitura funditus.† De *priori* dixit Cicero, *nullam esse religionem, si nullam rerum humanarum procurationem habeant Dii; et primus est Deorum cultus, Deos credere; deinde reddere illis majestatem suam*; ait Seneca. De *posteriori*, inter innumera documenta alia, ipse Lucretius (Patriarcha Epicuriorum, viveritatis coactus) haec effudit.

Denique coelesti fumus omnes semine Oriundi:
Omnibus ille idem Pater est.--

Cedit

† His assensum praebet doctis. Stillingfleet. The foundations of all religion lie in two things; that there is a God who rules the world, and that the souls of men are capable of subsisting after death. So that if these things be not supposed as most agreeable to human reason, we cannot imagine upon what grounds mankind should embrace any way of religion at all; for if there be not a God whom I am to serve and obey, and if I have not a soul of an immortal nature, there can be no sufficient obligation to religion, nor motive inducing to it; for all obligation to obedience must suppose the existence of such a Being which hath power to command me; and by reason of the promiscuous scatterings of good and evil in this life; the motives engaging men to the practice of religion, must suppose the certainty of a future state.

Origines Sacrae, book iii. chap. i.

Cedit item retro, de terra quod fuit ante
In terris; et quod missum 'st ex aetheris oris,
Id rursus coeli relatum templa receptant.
Nec sic interimit mors res ut materiâ
Corpora conficiat.

Lib. ii. l. 990, &c.

Tandem, (cum finem hujus partis desiderem, et omnia si fufius pertractare vellem, non jam Oratio sed integer conscribendus esset liber,) veritates circa quas Theologia naturalis versatur, respectum habent ad summi numinis existentiam, infinitas ejus perfectiones, uti et opera Creationis et Providentiae.—Per hanc enim constat non solum Deum esse, sed ipsi competere sapientiam, potentiam, bonitatem et justitiam; quapropter ei spiritualement naturam attribuendam esse, quae nec dependens sit, nec initium habuerit, adeoque existere nunquam desinat.—Docet porro Deum omnium rerum, quas contingenter existere observamus, non tantum conditorem esse, atque ab eo totum hoc universum et conservari et gubernari; verum
etiam

etiam horum omnium eum esse finem, ut agnoscatur ipse et glorificetur a creaturis ratione praeditis; quae proinde, utpote ab ipso prorsus dependentes, Dei legem observare et summa cura exsequi teneantur.---Hinc praecipua etiam officia *pietatis* erga Deum, *justitiae* erga proximos, et *temperantiae* quoad nosmetipsos monstrat haec Theologia.---Hujus quoque ope Gentiles propriam miseriam quodammodo cognoscunt; cum ipsos legi divinae prout illa hominibus manifestata est, non conformes esse, facile ex naturali conscientia convinci possunt; et doctrina de praemiis et poenis etiam post hanc vitam expectendis, ex justitiae divinae idea sponte ipsis fluit. Caetera vero, quae Mediatorem spectant, atque ea omnia quae peccatoris redditum ad Dei communionem ac fruitionem perhibent, salva utraque infinita Numinis perfectione, justitia nempe et misericordia, Theologia naturalis prorsus

prorsus ignorat; uti ex iis quae mox dicenda sunt abunde apparebit.

SED questio maximi momenti hic nobis oritur. Num nempe Religio naturalis ad salutem peccatoris consequendam, tanquam omnibus partibus sufficiens spectanda sit accipiendaque? vel, ut idem **AUDITORES**, aliis quidem magisque perspicuis verbis exprimam; non hic de religionis naturalis praestantia in se spectatae, nobis instituitur disputatio; sed interrogatur, utrum Homo peccator, ex solo rationis usu, absque ullo revelationis divinae beneficio, peccatorum remissionem et jus ad vitam aeternam investigare et obtinere queat?

Sunt multi, proh dolor! et in nostro orbe Americano eorum numerus mirum in modum augefcit: Sunt multi qui omnem plane religionem revelatam rejiciunt,

jiciunt ; strenue perhibentes, hominem secundum solum rationis dictamen vitam degentem, beatam immortalitatem certo consequi posse. Sunt alii qui triplicem dari ad salutem viam opinibantur, per naturam nempe, per legem mosaicam, et per evangelium. Sunt etiam qui statuunt, homines secundum lumen naturae, tanquam interius quoddam Dei verbum vitam instituentes, Deo posse placare et remuneratorem ipsum experiri. Denique sunt alii, qui aliqua ex parte revelationem admittunt, sed tamen Theologiam naturalem sufficientem esse ad consequendam salutem contendunt ; existimantes perinde esse, quam quis amplectatur religionem ; sive Christianam, sive Iudaicam, sive Muhammedanam, sive Ethnicam : Vel ut certus quidem Auctor, suam suique gregis sententiam expoluit. “Colo Deum talem qualem Princeps vel Respublica me jubet. Si Turca Alcoranum, si Iudeus vetus Testamentum, si Christianus novum Testamentum

tamentum veneror pro religionis meae lege et norma. Papa si imperans, Deum credo transubstantiatum. Si Lutherus, Deus mihi in, cum, et sub pane circumvallatus. Si Calvinus, signum pro Deo sumo. Sicque cujus regio in qua vivo, ejus me regit opinio, et qualis illius regionis Deus fictus, theologicus, vel politicus, talis et ille mihi placet, et placere debet.”^{*}
Sic ratiocinantur quoque hodierni nostri, Deistae dicam an Libertini? et ex infauſtis principiis ſeipſos, et, metuendum, quid? quod dolendum! multos incautos Juvenes, tali doctrinae nimium faciles, ad indifferentiſimum et fere atheiſmum practicum deducunt. At quis non facile viderit, hoſce homunciones parum intelligere, quid vere fit religio, et minus curare num ulla vera Dei cognitio, cultus vel honos inter homines inveniat nec ne?
Nperinde

* Theod. Ludovicus Lau Cit. Stapf. Theol. Pol.
vol. iii.

perinde enim, ea opinione praediti dicunt, perinde num Deus optimus, vitae auctor omniumque conservator ac Dominus, recte cognoscatur et colatur. Nihil interest utrum veritatem an mendacium sequamur! Praestantissimi profecto rerum divinarum aestimatores! Liberi nimium laxatissimi que indissolutae veritatis contemplatores! Quam obtenebrati corde, quam vani in ratiociniis vestris! Videamini vobis sapientes, magis magisque stultescite!—Qui semel a veritate deflexerant, et in deviis itineribus tenebricosis que errabant, hi nihil non offenderunt, incurrerunt multifariam. Secum ipsi pugnant mirabiliter. Atque me deficiat dies, si, quae contraria in eorum scriptis concurrunt, coner expromere. Vel ex recentissimis *Bolingbrokii Humii*que operibus quam multa possunt proferri pugnantia? Quorum alter, ut plurima minoris momenti transeam, et indubia solum adferam, bonitatem Dei justitiamque ponit, aperteque op-

pugnat

pugnat: Ejus providentiam contra Atheos Theologosque, quos pulchre copulat, defendere instituit et tollit: Remunerationes et poenas negat futuras, et contendit libros antiqui foederis non profectos a Deo esse, quod eas non doceant: Frequenterque indicat necessariam esse satisfactionem divinam, quam refutat acerrime. Ea, quae alter differit de causa et effectu, de experientia humana, deque miraculis, qui considerat et inter se comparat, manifesto deprehendit philosophum maxime disjuncta scribentem atque contraria. Qui idem in fundamenta doctrinae moralis inquirens, evangelica quaedam praecepta fuggillavit, aliisque in locis officia, quae praescribunt, mutatis nominibus approbavit.*

Verum ut ad questionem unde haec infelicitium stultitia et eorum malefana contra

*. Vide Cel. Aegid. Gillissen Orat. de Deistis.

tra religionem inimicitia nos deduxit, re-
vertamur.

Religionem naturalem concedimus ita
perfectam esse, ut ipsi nihil plane desit
quod ad ipsius naturam et essentiam per-
tinent; eamque talia praescribere prae-
cepta, quae ex ipsa Dei Hominumque
natura fluunt. Concessimus porro eam
nullo modo mutare posse, neque ob-
ligationem et praecepta, inde deducta mi-
nime tollere, sed omnia ejus officia facta
testaque manere, adeoque illam immuta-
bilem esse. Lubenter denique agnosci-
mus, insignem usum religionem naturalem
habere, in acquirenda Dei officiorumque
nostrum qualicunque cognitione; in con-
stituendis porro conservandisque homi-
num societatibus, dum suppeditet princi-
pia atque motiva urbanitatis, aliarumque
virtutum; ansam praeterea praebet con-
victioni peccatorum uberiori; et quod
praecipue hic adnotandum, viam sternit
agnoscendi

agnoscendi religionis revelatae necessitatem et indolem. Est itaque religio naturalis rite intellecta recteque tractata, magni sane momenti atque utilitatis. His vero non obstantibus, eam ad salutem consequendam non esse sufficientem plane statuimus. Adsertum hoc si contra Gentiles probandum sit, ita generatim argumentari licet.---Ingentia nempe et innumera esse hominum crimina, in confesso est. Neminemque dari qui legi naturae non transgressit. Deum vero iis offendi, nec pati ejus justitiam ut impietas inulta maneat: quin et indicia irae divinae quotidie observari posse; quamadmodum et ipsi Gentiles in publico suo Numinis cultu, Deum humano generi iratum esse plane agnoscunt. Hinc itaque sequi, vel ipsis fatentibus, reconciliatione quadam opus esse. Eum vero in finem inutilia esse sacrificia atque instituta eorum solemnia, utpote Deo indigna. Neque unquam ab ipso Deo ejusmodi religionem
O fuisse

fuisse approbatam. Nulla quoque dari inter Gentiles promissa divinitus facta, quibus animus miseri peccatoris in spem beatae immortalitatis erigeretur, ac proinde nihil certi locum habere in eorum religione, nec quidquam lumen naturae conferre ad verum mortalium solatium.

Caeterum plenior hujus propositionis demonstratio his principiis nititur. 1. *Omnes homines peccatis esse obnoxios, universalis testatur experientia.* Neminem enim existere inter mortales qui vere affirmare posset, se in omnibus exactissime religionis naturalis officia praestitisse, abunde liquet. 2. *Satisfactio justitiae divinae pro peccatis absolute est necessaria ac indispensabilis.* Exercitium JUSTITIAE omnino esse necessarium, et pro lubitu nunquam dispensari posse, ex *sapientia, sanctitate* et ipsa *Dei misericordia* demonstrare potest. His enim virtutibus, nexus inter malum morale et malum physicum, id est, inter peccatum et poenam constitutus

constitutus est. Quin et Justitia punitiva rationem sufficientem habet in omnibus Dei perfectionibus.---Ex hac Dei Justitia, SATISFACTIONIS necessitas per se patet. Per Legis enim violationem, maximus in rerum
 • harmonia et serie oritur dissensus, et ordinis divinitus constituti perfectio disturbatur.---Deus ut Ens perfectissimum, dissensum illum per peccatum introductum ut compenset necesse est.---Dissensus hic compensatur et justitiae divinae satisfactio fit, cum Deus dominium ac jus suum summum, legesque sanctas vindicat in peccatorum punitione, vel, cum loco peccatoris, alia equivalens compensatio substituitur.

3. *Peccator ipse hanc satisfactionem praestare nequit, sed alieno Liberationis medio indiget.* Hoc, ex finita hominis natura; ex statu peccatoris imperfecto; ac denique ex infinito peccati malo, facile demonstrari potest. Ex his principiis, (quae tantum dicere possum,) religionis naturalis ad Hominem peccatorem

catores saluum faciendum defectus ac insufficientia clarissime liquet.

Cum vero alii, qui vetus ac novum testamentum tanquam revelationem divinam admittunt, tamen religionem naturalem ad salutem consequendam sufficientem esse contendunt: Propositio nostra, argumentis ex sacris Scripturis desumptis, adferenda est adversus illos, Ex plurimis autem Scripturae locis clare patet in promptuque est omnibus; *Gentiles verum Deum ignorasse*. Licet eos de unico ac Supremo Numine quoad ejus existentiam, attributa et opera qualicunque cogitasse conceditur, non tamen scire potuerunt, quis sit verus Deus, qualemque se praestare velit misero sed ipsum quaerenti homini; utrumque autem necessarium esse in dubium vocari nequit.---Insuper verus Deus triunus est, et *Trinitatis agnitio*, secundum sacram scripturam, ad salutem consequendam prorsus est necessaria. Sed Gentiles

tiles errant in conceptu de subsistentia summi numinis, et lumen naturae Trinitatis mysterium prorsus ignorat.---*Mediatoris porro cognitio* ad eum finem omnino requiritur. At Gentiles nullam mediatoris cognitionem habent.---Praeterea si Gentiles ope Theologiae naturalis ad salutem pervenire possent, sequeretur etiamnum dari justificationem ex operibus. Hanc vero non obtinere, *neminemque mortalium propria Justitia coram Deo justum constitui* ex sacra scriptura plene constat --- Tandem si salus ope Theologiae naturalis obtinere possit, non profecto opus fuisset Evangelio ejusque praeconio. Sine ulla tum necessitate Deus Filium suum in mundum misit, atque ejusmodi instituit religionem, quae, si praecipua ejus dogmata respiciamus, immane quantum discrepat ab ea, quae inter Gentiles locum habet. Qui revelationem ergo admittunt, auctoritatemque sacrae scripturae agnoscunt, sufficientem esse religionem naturalem ad sa-

P

lutem

lutem consequendam, iuste contendere non possunt.

CONCLUDIMUS itaque A. A. Religionem naturalem, in se, omnino esse veram atque divinam, semperque obligantem, quippe a Deo ortam et in relatione hominis, ad Deum immutabili fundatam; imo, si integer sine ullo peccato mansisset homo, omnibus ad salutem obtinendam perpétuoque fruendam sufficientem. At si interrogetur, num ea peccatori, homini lapso legique divinae inobsequenti ad salutem sufficiat? Hoc est, quod sane absque ulla haesitatione denegamus.

Sufficiens nempe dicitur id, quod omnia et singula requisita ad rem qualemcunque efficiendam potiundam que comprehendit; quo posito, nihil amplius ad rei existentiam obtinendam requiritur. Jam vero omnia et singula requisita ad salutem peccatoris procurandam potiundamve in religione

religione naturali non reperiuntur.—Sapienti et optimo Creatori visum sine dubio fuit, hominem talem initio condere, talibusque dotibus locupletari, quae ad veritates religionis naturalis investigandas, et officia inde profluentia praestanda omnino pertinerent sufficienterque. Ratio humana proinde ante peccatum rebus omnibus homini ad salutem in religione necessariis adequata fuit. Lex nihil supra vires praestandum, divina constitutio nil supra intellectum investigandum homini integro proposuit. Quam diu igitur homo non peccaverit, ipsissimam ejus rationem innatamque vim vividam mentis, modulum et exemplar omnium veritatum et officiorum fuisse libenter concedimus. At non de homine integro, sed de peccatore; non de continuanda sancti hominis felicitate, sed de peccatorum remissione, imaginisque divinae restitutione, nunc nobis est questio. A statu hominis primitus constituto, ad presentem peccatoris statum def-

destitutum et pravum argumentari non licet. Quod enim in primo statu sufficiens fuit, de ultimo praedicari nullo pacto potest.

Posito et enim hominis peccato, cum longissimo ejus malorum agmine; quaestio non erit an Deus per infinitum suum amorem benignissimamque misericordiam, vel absolutam suam potentiam peccata remittere queat? Non enim ex his solis attributis misericordiae, amoris, et potentiae, sed et providentiae moralis, sanctitatis, justitiae, sapientiae, et aliis omnibus quae sunt Deo digna, controversiae hujus explicatio arcessenda est. Salutem quidem non plane impossibilem esse, imo ex innumeris bonitatis divinae in communi providentia vestigiis, probabilem, nos lumine naturae conjecturari fortasse possumus. Sed medium quo hanc salutem consequamur, et modum quo peccator, salvis omnibus virtutibus divinis, ad sanctam Dei communionem

onem readmitti, et peccatorum reatu ac lae-
be semotis, ad priorem perfectionem res-
taurari poterit; nemo a priori usquam
invenerit, nisi cui tota divinitatis plenitu-
do, omniaque ejus attributa, et singulorum
inter se relatio comperta sunt.* Cum au-
tem neque intellectus humanus, neque
ulla alia mens finita haec pervadere, aut

Q ratiocinando

* But so it is, that reason, not enlightened by divine
revelation, can never satisfy any man in this case. Can
the light of nature, without revelation, give any rati-
onal satisfaction to these or the like questions? If, con-
sidering the greatness of sin, the justice, wisdom and
holiness of God, and the honour of his government, is
it consistent to pardon any sin? if it be, whether he
will pardon all, many or few sins? what sins, or what
degrees of sin will God forgive? if he will pardon with-
out a reparation to the honour of his laws, and with-
out suitable satisfaction to his infinitely offended jus-
tice? if he requires reparation and satisfaction, what
it is, and by whom it is to be performed? How ob-
tain we a right to this satisfaction? If he pardon, will
he remit all punishment due to sin, or how much?
How shall we know that our sins in particular are par-
doned? Will he merely pardon, or will he over and a-
bove re-admit to grace, and to as entire favor as before
man sinned? Will he not only pardon, but also reward
the sinner's imperfect obedience? The revelation of the
word

ratiocinando assequi valeat, nulla plane
 misero peccatori salutis spes relinquitur, ni-
 si penes solum Deum, cui nihil arduum
 est, nihil impossibile.

Res has latentes dum sequor anxius,
 Et pertinacis viribus ingeni
 Pugno, profundum se chaos ingerit,
 Et nocte mentis lumen adobruit.
 Labore tandem fessus inutili
 Ad te recurro, rex bone coelitus.

Quid? si homo cognoscere poterat, De-
 um si velit, gratiam dare posse; ta-
 men actu, num dare; Vel ullam justitiae
 suae

word of God in the gospel, will furnish us with a ra-
 tional answer to all these questions, but the mere light
 of nature can never resolve them. They are not only
 above the reach of natural reason, but it belongs not
 to man to decide them. The offence is committed against
 God; he alone understands what the contempt of his
 authority, the disorder brought into his government
 by sin, and the disobedience of his creatures amounts to.
 He alone is judge what is proper to be done in this
 case; at his tribunal it is to be tried; man is too igno-
 rant, too guilty, and too partial in his own favor, to
 be allowed to judge. The light of nature does now-
 where afford us the decision of God in this matter.

Millar's, History of the propagation of Christianity.
 Chap. i.

suæ satisfactionem, sive vicariam, sive ab ipso peccatore præstandam accipere velit? Non ex principiis rationis, aliisve Philosophiæ documentis, sed solummodo ex singulari Dei revelatione seu divinae voluntatis speciali manifestatione constare potest.

Perfecta igitur et in omnibus partibus absoluta, licet in se, sit religio naturalis; sufficiens etiam ad vitam beatam homini nondum lapsa perpetuandam: impotentem prorsusque insufficientem eam esse concludimus, vel ad modum remissionis peccatorum investigandum, vel ad pacem conscientiae restituendam, aut denique ad principium purae sanctitatis solidum et efficax stabiliendum. Horum omnium nemodum quidem intellectus ipse suo pte penu novit; et ad præstandum quidquid eorum, cum cognita sint, nullae plane peccatori supersunt vires.

Alterius

Alterius hinc religionis necessitas, ex altera scaturigine haustae, et quae altero principio ac fundamento nititur, abunde liquet: Religionis nempe, ubi haud vitata et imperfecta PECCATORIS obedientia, tanquam vitae aeternae conditio constituitur; sed ubi talis quaerendus sit MEDIATOR et REDEMPTOR, qualem ratio humana meditando investigare vel opinando suspicari nunquam potuisset.

POSTQUAM de universali Religionis inter homines professione, et speciatim de Religionis naturalis principiis ac defectibus, quantum instituti nostri ratio requirit, locuti sumus; de Religione revelata ut accuratius paullo agamus, tempus hic locusque flagitant; ad eam itaque nostra nunc sese vertat oratio. Atque hoc quidem ordine, ut primo de REVELATIONE loquamur; tum in SACRAM SCRIPTURAM inquiremus; denique RELIGIONIS CHRISTIANAE rationem pressius investigemus.

RELIGIO REVELATA consistit in obligatione ad illa officia praestanda quae solummodo ex lumine revelationis dignoscuntur. Religionis igitur revelatae nomen latius sumptum, fidem, spem ac caritatem comprehendit. Definitur per "obligationem actiones suas secundum voluntatem Dei Liberatoris, a quo peccator in recuperanda salute totus dependet, semper componendi ac dirigendi." Fundamentum huius religionis est relatio quaedam, quae intercedit inter Deum et Peccatorem; quae relatio consistit in dependentia Peccatoris a Deo, non tantum ceu creatore, sed et salvatore. Unde

R

Homo

Homo in religione revelata consideratur, non modo qua creatura, sed et qua peccator salvandus; cui qua tali, certa praescribuntur officia. Cum autem obligatio hominis ad religionem naturalem cessare non possit, religio revelata omnes religionis naturalis articulos supponit ac confirmat; multosque novos, ad salutem etiam peccatoris cognitu omnino necessarios, addit suppeditatque.

PER REVELATIONEM intelligimus manifestationem veritatum divinitus factam; unde scientia deducitur de Deo, ejusque operibus, ut et officiorum nostrorum, quae nonnisi ex testimonio ipsius fallere nescientis Dei, cognosci potest. —Talem Revelationem esse *possibilem*, nemo est qui non facile concedat. Plantator auris an ille non audit? Oculi formator an ille non intueatur? Qui ipse est ratio suprema et docet homines scientiam, quique intellectum humanum creavit, nonne poterat ille, tali quoque voce, tantisque claris de seipso testimoniis hominem adloqui, ut certum fuerit, oraculum illum non ab orco, non a superstitione vel mente fanatica, sed ab ipso infallibili Deo profectum

um esse ac prolatum?—Revelatio porro omnium donorum coelestium nobis maxime *exoptanda* est. Unde inter Philosophos sapientiores non defuerunt olim, qui voluntatis divinae patefactionem vehementer exoptaverunt; cum iis plane compertum fuisset: *quam sit intutum ac fallax, solo humanæ rationis ductu, aliquid de Dei natura, aut de ejus voluntate et operibus pro certo affirmare*: qua propter judicaverunt: *horum omnium nihil recte scire posse sine oraculo*.—De Revelationis *verisimilitudine* jam ante diximus.—Verum enim vero eam etiam esse omnino nobis *necessariam*, ex religionis naturalis imperfectiōne, facillime atque præcipue demonstrari potest; et ex officiis a peccatore præstandis, sponte præterea sequitur. Neceffe nempe est, A. A. ut Homo medium salutis suae noscat. Ex peccato enim liberandus, in toto salutis negotio, totus a Deo salvatore dependet. Ex hac dependentia nova oritur erga Deum obligatio, et inde nova religio. At omnis obligatio vel religio certa officia ab homine præstanda infert. Sed ex principiis rationis non apparet, neque apparere potest, qualia illa peccatoris officia sint;

sint; et quo modo praestare queant. Necessarium itaque est, ut, et illa officia, et principia e quibus deducuntur, homini peccatori revelentur. Ignoti enim nulla est cura; et absque re aliqua intellectui proposita, voluntas nihil appetere valet; nulla vera virtus, nullum pietatis exercitium, nullaque libertas moralis locum habet. Requirit porro Religio totum hominem, omnesque ejus facultates; hinc non absolvitur tantum duobus actibus, observantiae scilicet mandatorum, et spei promissorum: tertius accedere debet, *cognitionis credendorum*; qua sublata, nec spes, nec observantia dare possunt. Posito igitur Dei decreto de salute peccatorum recuperanda, ponitur revelationis divinae *necessitas*.

Num vero tale supernum coelesteque donum nobis contigerit, questio est, a qua pendent spes, vitaeque nostra aeterna. Non enim de stillicidiis, de vanis philosophorum somniis, nec de rebus inanis hic controversamur. Sed de re omnium maxima; de Deo; de Reconciliatione; de beata Immortalitate; unde vel sempiterna salus, vel nunquam desitura calamitas profluit, disputatio instituitur.

Hujus

Hujus rei investigatio animum postulat docilem, veri studiosum et minime refractarium. Omnis vero investigatio non ejusdem est naturae. Sunt nempe veritates quae ex postulatis sponte notis, geometricarum more, demonstrari possunt. Sunt etiam aliae, quae non minus pro certissimis recte habentur, quorum vero certitudo alia ratione patescit. Haec autem nostra thesis pari nititur auctoritate cum iis, quae vel historiae testimonio, vel experientia, vel ratione, aut denique morali fide perspecta et persuasa habemus; et quae tanquam communis hujus vitae regulam normamque, absque ulla tergiversatione sequimur. Quod ut ostendamus, in ipsam SACRAM SCRIPTURAM nunc inquiremus; cujus natura ut penitus perspecta sit, haec duo distincte consideranda sunt. Primo VERITAS eorum quae S. S. narrantur; dein Revelationis divinae CRITERIA.

Cum questio de aeterna animae immortalis salute maximi momenti sit; dubitandum non est, revelationem illustrem Salutis modum commonstrantem, ita debere comparatam esse, ut sese tanquam divinam hominum conscientiae

S

certissimis

certissimis notis commendet. Haec autem notae scitu sunt necessariae, ut res divini Numinis afflatu referatae, a supposititiis distingui queant. Priusquam vero revelationis Criteria enucleanda sunt; requiritur ut *eorum*, quae sacra Scriptura narrantur, probata sit *veritas*. Ut notitiam nempe habeamus: Prophetas missos fuisse, dona extraordinaria nonnullis concessa, et miracula vere patrata esse.—Si autem illa criteria, quae in adstruenda historiae alicujus veritate attentionem merentur, sine ullo prejudicio, recta lance libremus; facili negotio adparebit, ea omnia esse verissima, nostroque adfensu plurimum dignissima, quae in S. Scripturis nobis exhibentur.

Moses certe antiquissimus scriptor est, ejusque historia fundamentum quasi subministrat omnium eorum quae caeteris vet: Test: libris continentur. Illa ergo adstructa, de aliis partibus facile judicium ferre licebit.—Mosen autem extitisse; Israelitarum eum fuisse legislatorem; multisque miraculis eos ex Egypto eduxisse; Rempublicam Hebraeorum apud montem Horeb suo ministerio fuisse constitutam; et populum

lum sub peculiari regimine positum, Canaan postea habitasse; non tantum gens ista olim, et omnes Judaei per latas Terrarum oras nunc sparsi, constantissime profitentur; sed et plurimarum gentium, ac multorum scriptorum, a religione judaica alienorum, consensu comprobatur. Nemo etiam est quin Testimonium totius gentis, de re sua propria et publica, habere aliquid ponderis concedat: vel qui omni antiquitatis auctoritati sese ita opponere velit, ut haec denegare vel in dubium revocare possit.—Constat etiam Mosen eos scripsisse libros, quibus nomen ejus praefigitur: eumque fuisse scriptorem fide omnino dignum; nec populo Israelitico imposuisse, vel imponere voluisse. Cur enim si Moses impostor fuit tales condidit leges, quibus grave utique jugum Israelitis imponebatur? Cur ejusmodi suae missionis indicia refert, quae si falsa fuissent, statim ut talia detecta essent miracula? Quomodo enim Israelitis persuadere potuisset, eos sicco pede per medias maris Erythraci aquas transiisse, Aegyptios vero, ipsos persequentes, undis absorptos fuisse? Quomodo populo persuasum fuisset, miram illam columnam

columnam nubis, dum Israelitae iter facerent, ipsos praeceffisse; quae interdum ab ardore solis eos tegetet, noctu facis ad instar, iis praeluceret? Deum ipsum terrifico quodam apparatu, spectante universo populo, inter fulgura et tonitrua, legem suam pronunciaffe? Totum populum per annos quadraginta cibis e coelo missis, et aqua ex rupe educta sustentatum esse? Quomodo haec, et quae hisce sunt similia, si falsa fuissent, Israelii imponere potuit?

Caetera prophetarum scripta quae in vet: Test: extant, ad ea tempora, eosque scriptores referenda sint, quibus literis consignata feruntur. Constat enim Gentem Judaicam, singulari quadam reverentia, libros suos sacros habuisse, Prophetias imprimis; quas non, nisi post accuratissimum examen recipiebant, atque a scriptis omnibus humanis, summo studio secernebant.

Idem etiam de novi Testamenti historia facillime probatur. JESUM CHRISTUM admirabilem quendam planeque divinum hominem, regnante Tiberio Romanorum Imperatore, inter Judeos olim vixisse; multa cum mirabilia benignissimaque

nignissimaque fecisse opera; cruci postea adfixum; morteque ignominiosa adfectum fuisse; non tantum Christiani omnes profitentur; sed et Judei ac multi scriptorum ethnicorum aperte confitentur; ita ut nulli vel inveteratissimi Christianae religionis inimici, id unquam in controversiam vocavissent; neque ulla est alia historia, pluribus Testimoniis comprobata, vel quae hac certior sit. Constat etiam historiam vitae, mortis, ac resurrectionis Jesu Christi, ab iis quibus tribuitur, et eo tempore quo illarum rerum testes etiamnum in vivis erant, conscriptam esse; facileque colligitur hosce homines nec voluisse, nec potuisse alios fallere; adeoque bona fide, quae ipsi per experientiam et fidam relationem edocti erant, posteritati tradidisse.

Argumentum etiam fortissimum desumitur ex historia de miraculosa Spiritus sancti effusione, et dono linguarum rudibus illis Galilaeis concessio. Lucas hanc historiam narravit, et eo tempore quo falsitas ejus, si falsa fuisset, levi opera demonstrari potuisset, imo et debuisset.

T

Concludimus

Concludimus igitur, veteris non tantum sed et novi Testamenti historiam veram esse. Ex hac etiam veritate, certo sequitur: divinae esse originis eandem illam religionem per Moſen ac Prophetas, et per Christum ac Apostolos propositam. Divina enim potentia ad haec omnia praestanda requirebatur; et sane Dei sanctitati, sapientia et bonitati omnino adversetur, eos tam praeclari et plane divino modo ornare, qui doctrinas falsas in tanto negotio hominibus tradidissent.

Quod ad CRITERIA revelationis attinet; licet ex principiis rationis demonstrari non potest, quale illud medium sit, quo peccator ab omni malo liberatur, quaedam tamen revelationis criteria *a priori* tuto indicari possint.— Non omnes divinitatis characteres hic enumerare vellem. Sufficit si potissimum ostendatur, id quod revelationem necessariam facit, exactissime in S. Scriptura contineri, et FINI propter quem data sit plene satisfacere.

Omniū *primum* coelestis revelationis requisitum est, ut *rationi sit conveniens*; nempe ut, et
nihil

nihil quod in se absurdum est, aut sanæ rationi repugnans doceat; et simul, ut cognita religionis naturalis principia atque praecepta perhibeat. *Secundo* ut sit *sublimis*; veritates Deo dignas, hominibusque lapsis cognitu necessarias, stylo proprio proponens. *Denique* ut sit *practica*; non tantummodo dogmata exhibens theoritica, sed talia, quae speciatim ad vitam ejusque modum spectant.

Ex idea revelationis tanquam immediate a Deo proficiscentis, neque ex nexu causarum secundarum progredientis, abunde constat, nullam revelationem posse fieri nisi per *miraculum*. Et cum ea manifestare debet revelatio, quae ex principiis rationis investigari nequeunt, pari certitudine sequitur, revelationem ea continere debere, quae sunt, non quidem contra, sed omnino supra rationem; et sic in se comprehendere proprie dicta *mysteria*; ad quae rationis lumen nunquam assurgere valuisset, quaeque proinde sola revelatione divina cognoscuntur. Quod cunque igitur pro coelesti revelatione venditatur, quod nihil supra rationem docet; vel quod absurdum et vilum tradit; vel virtutibus

tibus divinis contradicit; aut viam ad salutem aeternam obtinendam, his virtutibus consentaneam non patefacit; non Dei revelatio, non veritas, sed commentum et fraus et mendacium est.

HAEC vero, et quaecunque hujus generis sunt alia, ad unum magisque definitum characterem internum, ex FINE revelationis deductum, facile redigi possunt. *Illa revelatio vere divina est, quae peccatorem TALE MEDIUM acquirendae salutis commonescit, quod imperfectionem religionis naturalis plene compensat; quod omnes Dei virtutes illustret; atque demum omne malum tam morale quam physicum, ab homine misero penitus submoveat.* Hoc est primum, et hoc, tanquam omnia complectens, unicum verae revelationis divinae indicium esto.*

Hoc autem si ad Alcoranum muhammedanorum, vel ad inclyta Gentilium oracula, aut Philosophorum

* De hac materia praecipue legi potest quae scripsit JOH: FRED. STAPPER in Institut: Theologiae Polemicae vol. I. § 979, &c. Quem auctorem eruditum ac de fide Christiana recte sentientem, ut Theologi Americani habent a me commendatissimum avidissime rogo.

Philosophorum hodiernorum systemata applicemus; facile ea omnia nunquam coelitus orta fuisse cernimus. Nullum enim salutis medium quod perfectiones divinas illustrat, aut hominem ex malo morali ejusque sequelis liberare potest, vel ex parte, vel in totum ostendunt. Nihil etenim in omni eorum farragine proponitur, quo animus peccatoris quietus reddi possit; et, ex argumentis omni exceptione majoribus, firmiter persuadere queat, eorum auctoritatem et dogmata tuto sequenda esse.—At vero, ut in refutandis iis quae pro divinis venditantur, ambages mittamus; sufficit ad institutum nostrum, si tantum paucis ostendamus; sacrae scripturae, quae libros veteris et novi foederis comprehendit, certissimum hocce divinae revelationis documentum et criterium, de quo jure contendere non potest, perfecte convenire.

SACRA nostra volumina si attentis oculis perlustremus, non possumus non deprehendere, summam totius libri in hoc versari, ut medium acquirendae salutis peccatorem ea ratione commonefaciat, qua imperfectio religionis naturalis compensatur; omnes quae Dei virtutes

U

illustrentur;

illustrentur; et omne malum, tam reatus, quam pravitatis ac poenae, ab homine misero removeatur.—Huc enim omnia tendunt, ut Peccatori revelet, JESUM CHRISTUM mediatorem Deum inter et Hominem esse constitutum; ejusque perfectam obedientiam et ineffabiles perpeffiones, loco peccatoris electi praestitas, unicam, cuicunque vere credenti, aeternae salutis causam esse merentem. Omne porro ad vitam aeternam acquirendam necessarium, et quod peccator ipse nullo pacto praestare potuisset, tanquam futurum veteri, et jam praestitum ac peractum a mediatore, novo instrumento exhibetur.—Hac de re, si alicui scrupulus superesset, evolvat modo, legat, relegatque; et ei manifeste constabit, S. Scripturam sic prorsus ab initio usque ad finem, in eo praecipue esse, ut hoc essentialem ejus ac primariam partem constituat. Quo sublato, tota scriptura funditus alto ruit, et nullo pacto intelligi potest. Hoc autem posito, admirabilis divini amoris, justitiae, ac sapientiae splendor lucefcit; amabile miseriis homuncionibus in tenebris hujus aevi degentibus jubar oritur, et religionis naturalis defectus plene compensatur.

Ex

Ex hoc igitur unico charactere, sacros veteris et novi foederis libros, revera divinam comprehendere revelationem, sine ulla dubitatione, aut deceptionis metu, firme credimus, constanter adfirmamus, et publice profiteamur.

Hicce etenim Deus unaquaque in pagina, thesaurum stupendae misericordiae et copiam selectissimarum coelestiumque rerum nobis exhibet. *Hic*, (ut pauca quaedam commemorare modo liceat) medium salutis deprehenditur, quod ratio humana propriis suis viribus relicta, nusquam assequi potuisset. *Hic*, mysteria inveniuntur haud absurda aut sibi contradicentia, sed sapientissima, omnino necessaria, et maxima. *Hic*, via reconciliationis panditur, quae virtutes Dei infinitas tali modo explicat, ut eum tanquam summe justum perhibet, veracem pariter atque sanctissimum constituit, pronunciatque, cum peccatorem credentem propter justitiam Christi imputatam justificet. *Hic*, violationem legis divinae et paenas infinitas ex malo morali ortas ac promeritas, per Christi obedientiam et satisfactionem ad amissum compensari, atque e medio tolli ostenditur. *Hic*, porro optima reperiuntur

periuntur pietatis incitamenta; summa ad obedientiam ex gratitudine suadendam argumenta et exempla; et sanctiones praemiorum ac poenarum omnium fortissimae. Uno denique verbo, ut vera pietas ad omnia utilis est, et quoad vitam presentem et futuram; sic etiam SACRA SCRIPTURA pacem spiritualem, a securitate carnali longe distantem, hac vita, fideli animo confirmat; dum spes infallibilibus promissis nixa manet, tandem beatam illam diem venturam, qua Deus lugubres fidelium suorum quaestus in carmina triumphalia mutabit, usque vitam aeternam coelesteque regnum, haereditario jure, Christi causa, largietur.—Quid ulterius in revelatione divina desiderare possumus? Haec autem omnia et infinita plura in pandictis nostris sacris deprehenduntur.*

Quae

* Egregie de hac re differuit Bruditis: plurimumque venerab: Edwards Col: Neo—Caesariensis Praes.

“It is fit that mankind should be informed something of God’s design in the government of the world, because they are made capable of actively falling in with that design, and promoting of it, and acting herein as his friends and subjects; it is therefore reasonable to suppose that God has given mankind some revelation to inform them of this: but there is nothing else that does it but the Bible.

QUAE vero praeterea A. A. H. H. pro divinitate S. Scripturae facile adduci potuissent, ex aliis INTERNIS ejus NOTIS, quae caetera *doctrinae* capita, *Prophetias, harmoniam et stylum*

X

spectant;

ble. In the Bible this is done. Hence we may learn an account of the first original of things, and an orderly account of the scheme of God's works from the first beginning, through those ages that are beyond the reach of all other histories. Here we are told what God aims at in the whole—and the great things he would accomplish by all. Here we have a most rational account of this matter, worthy of God, and exceedingly shewing forth the glory of his perfections, his majesty, his wisdom, his glorious holiness, and grace, and love, and his exaltation above all, shewing how he is the first and last.

Here we are shown the connection of the various parts of the work of providence, and how all harmonizes, and is connected together in a regular, beautiful and glorious frame. In the Bible we have an account of the whole scheme of providence from the beginning of the world to the end of it, either in history or prophecy, and are told what will become of things at last; how they will be finished off by a great day of judgment and will issue in the subduing of God's enemies, and in the salvation and glory of his Church, and setting up of the everlasting kingdom of his Son. How rational, worthy and excellent a revelation is this? and how excellent a book is the bible, which contains so much beyond all other books in the world! and what characters are here of its being indeed a divine book! a book that the great Jehovah has given to mankind for their instruction, without which we should be left in miserable darkness and confusion.

History of the Work of Redemption f. 395.

spectant; vel EXTERNIS CHARACTERIBUS quae *miracula, probam scriptorum indolem, et integram librorum conservationem* monstrant, in praesenti, missa faciamus. Haec enim, et quod cunque speciatim de *inspiratione, de canone librorum*, ut et *lingua originali* sit observandum, tanquam proprie ad cathedram adtinens, ad praelectiones nostras, suo tempore, volente Deo, habendas, relegamus.

Sufficit AUDITORES, NOS unico potissimum argumento, ex primario revelationis fine deducto, jam paucis, PRINCIPIA demonstrationis indicasse; quibus probatur, sacram scripturam revelationem revera divinam comprehendere, et illa de causa, ortum suum a Deo solo auctore duxisse.—Unde tandem conclusio de VERITATE RELIGIONIS CHRISTIANAE firmiter tutoque colligitur.

RELIGIO CHRISTIANA ea est, quae Jesum Christum Dei proprium Filium, verum esse Messiam, et peccatorum unicum servatorem statuit; eumque tanquam Prophetam summum, Pontificem maximum, ac Regem supremum et divinum, per fidem amplectitur, secundum

cundum omnia quae in libris sacris, five veteris, five novi foederis de eo scripta sunt. Vocatur *christiana*, cum doctrina de salute per Christum parata, adeoque ipse Christus, sit ejus fundamentum.

EA religio est VERA (uti antea diximus) quae sola vera credenda, faciendaque proponit. Talia autem sunt omnia quae religione christiana continentur.

Non hic de variis variarum inter Christianos sectarum sententiis loquimur; neque nunc de falsi aut veri criteriis inter eas, instituitur inquisitio. Sat erit PRINCIPIA religionis Christianae esse vera, et jactum fundamentum perito architecto dignum esse, sciamus. Quisque suo periculo videat, quomodo et quid superstruat; num aurum, argentum, gemmas, ligna, foenum aut stipula.—At Principia hujus religionis esse vera et divina, jam jam A. H. audivimus; et hoc pacto DOCTRINAE ex iis principiis rite deductae, ut sint etiam VERAE omnino necesse est.

PER singula capita, omnia nunc speciatim persequi, longum esset; et rursus ad eadem fundamenta

fundamenta recurrendum foret. Notae vel criteria generaliora ad discrimen inter veram atque falsam religionem discernendum, varie numerantur et ordinantur. Ad haec vero pauca, ea omnia facile redigere possent. Vera nempe est religio, 1° si doceat Hominem veram miseriam in quam delapsus est. 2° si ostendat verum modum quo ex ista misera liberatur. 3° si tradat veram gratiarum actionem pro ista redemptione promeritam.—Vel, illa religio est vera et omni approbatione dignissima, 1° cuius PRINCIPIUM divinae originis argumenta solidissima in se habet. 2° cuius DOCTRINAE summis supremi Numinis virtutibus maxime sunt convenientes. 3° cuius CULTUS praescriptus ad Deum solum est directus; ab ipso, ceu unico et summo Legislatore repetitus; et Dei virtutibus nostroque statui misero maxime congruus. 4° denique cuius SUMMUM ARGUMENTUM eo tendit, ut *reconciliationem* cum Deo sancto omnibus numeris absolutam patefaciat; et *spem* salutis obtinendae, salva Dei gloria certissimam, per medium sufficiens nobis supeditatum, confirmet.—Haec autem criteria et quaecunque alia ad hanc questionem pertinentia

nentia recte cogitari possunt, si ad religionem christianam adplicentur, eam certissime esse veram, et, nullo dubitationis loco relicto, omnes divinae religionis notas re ipsa possidere, cuicumque nullo praëjudicio laboranti notum confirmatumque erit.—Quae vero criteria, una cum eorum adplicatione, solummodo nunc memorasse nobis liceat. Sed si hic agendi locus, attentioque vestra A. A. H. H. sinerent, haec omnia, argumentis validis, facilique negotio, per partes singulas, ni fallor, demonstrare valerem.

RELIGIO CHRISTIANA omnes religionis naturalis veritates fundamentales lubenter agnoscit, iisque, tanquam sui ipsius fundamine, partim utitur. Hinc *unius summi Numinis existentiam, divinam providentiam, animae praeterea immortalitatem, praemiorum ac poenarum aeternarum certitudinem*, atque id genus alia, pro concessio fumit, illustrat, confirmat, inculcatque. Quando autem relicto naturae littore, in oceanum revelationis nos vehat religio haec; totum salutis mysterium, omniaque christianismi DOGMATA, tanquam Deo digna, nobisque admodum

Y

dum

dum necessaria sic commendat, ut quanquam captum nostrum infinite superent, tamen fidem, spem, et obedientiam hominis jure optime merito efflagitet. Praefertim, (quod hic maxime adnotandum) cum sint dogmata quae religionis naturalis defectui, in eo, cujus causa revelatio praecipue necessaria fuit, perfecte suppleant. Quod nempe nobis ostendunt, quo pacto Deus sanctissimus peccatorem a legis jure absolvere et justificare potest, ac salva justitia et majestate sua, sanctum aeternumque beatum reddere polleat velitque.

PRAECEPTA religionis Christianae si examine-
mus, ea omnia perfectissima, et omnibus aliis
quae aut sunt, vel unquam fuerunt, praestantiora inveniemus. Paganorum mysteria et norma plenissima fuerunt omnis crudelitatis et obscoenitatis. Mahumedis religio in armis formata, arma et ferocitatem spirat. At religio Christiana Deum tanquam spiritum perfectissimum, sancto animo, cordeque mundanis cupiditatibus puro, colendum docet; non serviliter poenae sola formidine, sed ut ipsi PATRI ac remuneratori placeamus. Omnem omnino injuriam

injuriam prohibet haec religio, cum ut alteri faciamus, quod nobis velimus fieri, mandat commendatque. Omnem impudicitam, omneque injustitiae genus culpat, reprehendit, damnat. Ad ipsas vitiorum radices penetrat. Omnia quae suapte natura sunt optima et honestissima instituit. De officiis magistratuum et subditorum, parentum et liberorum, omniumque cognitorum, optime judicat, sanctissimisque praeceptis ea constanter inculcat. Dum in iis omnibus quae ad gloriam et beatam immortalitatem ducunt, omni studio, pioque cursu perstare, animat atque injungit.

Ex modo quo tradita ac PROPAGATA fuit religio Christiana, argumentum pro ejus veritate rite etiam desumitur, quod silentio prorsus praeterire nequit.—Non enim vi, non gladio, nec divitiis, vel civili potestate instructi fuerunt Apostoli, viri ineruditi ac piscatores; sed solummodo veritatis demonstratione, omni simplicitate ac puritate morum, ad conscientias hominum provocaverunt. His solis armis, Christo ducente et auspicante, intra annos quadraginta aut circiter, per omnes Romani imperiū

perii partes non tantum, sed ad Gangem et Indos usque, Evangelium pervenit; hoc autem modo, divina Christi religio propagabitur, ac contra omnem hostium malitiam, malaque stratagemata tandem certissime triumphabit.

CONSTAT itaque AUDITORES, religionem Christianam ex *principio* revera divino ortam suam duxisse; eam *doctrinas* atque *praecepta* sanctissima inculcare, et modo supra humano *propagatam* fuisse: unde liquet religionem hanc tanquam verissimam esse admittendam, ob TESTIMONIA FACTORUM non solum, verum etiam ob EA, quae in hac religione sunt INTERNA VERITATIS CRITERIA.

VERUM ENIM VERO si unum quemque mentis compotem deceat, veritatibus religionis naturalis, sola auctoritate rationis confirmatis, adsentiri; quid ni pariter eum oportet, veritates religionis Christianae, testimonio firmiori et plane infallibile, revelationis nempe divinae firmatas, fide complecti?—Consensus praedicati cum subiecto, dicitur veritas. Inter verum et falsum essentiale datur discrimen. sophismatibus scepticorum non obstantibus, certae sunt propositiones,

positiones, quibus non possumus non assensum nostrum præbere; aliasque quibus dissensum. Idem simul esse et non esse, contradictionem involvit. Ex hoc principio indemonstrabili, impossibile esse eandem sententiam simul veram, simulque falsam fore, quis inficias ibit?—Scientiæ principium duplex est; *Natura* nempe et *Revelatio*; duplex igitur est via per quam in animos nostros illabitur cognitio rerum; *alia* sensuum, ac rationis, *fidei alia*.—Quodcumque igitur tanquam VERUM, ullo sufficienti argumento, homini innotescit, id ipsum ut credat; et quidquid tanquam MANDATUM summi Numinis, id ut exsequatur, ratio suadet et incontroversum inde manens officium:—Nullam certe profiteri religionem debere, veritatis criteria non possidentem; nec ad facienda quæ sibi adversentur, veritatique opposita sint, nos obligari posse; nemo est sane mente præditus, qui non facile concedat. Ubi-
cunque vero principia cognitionis adsint, et testimonia veritatis plane valida proponantur, ea perlubentur accipere, et in iis FIDEM habere, homine sapiente omnino perdignum est. —At religio Christiana omnia veritatis crite-

Z

ria

ria possidet; eam igitur ut fide accipiamus, ejusque mandata ut exsequamur, ratio ipsissima postulat, salusque nostra requirit. Quamobrem certa nobis res est, et omni approbatione digna, CHRISTUM JESUM IN MUNDUM VENISSE SERVATUM SONTES. Hoc etiam persuasum habeamus, citius periturum coelum atque terram, quam ut unum iota aut apex unus ex veritate religionis Christianae pereat; quin promissa et comminationes, vaticinia et quaecunque alia in sacris scripturis traduntur, fiant omnia.

QUID? Si religioni huic coelitus revelatae, maxima hominum multitudo, et inter eos multi divites, praepotentes, et coeteroquin sapientes, quibus Evangelii nuntium contingit, aures et corda praebere recussent; imo, eam contumeliosissime rejiciant, odioque prosequantur; nihil tamen hoc, a religionis Christianae veritate, vel valore interno detrahet: sed potius divinitatis ejus argumentum, omni exceptione majus, valide ponit.—Annunciationis cujuscunque generis veritas vel momentum, ab auditorium adsensu aut observantia nullo pacto pendet.—At haec peccatorum tergiversatio et oppositio,

oppositio, num ex testimonii in religionis gratiam propositi defectu ac penuria oritur? Nequaquam profecto, sed partim ex ignorantia, partim vero, et maxime, ex Odio internecino in sanctissima Christianismi dogmata ac praecepta, suum ortum duxit. Leges scilicet divinae, omniaque Evangelii postulata nimis his hominibus austera et severa sunt. Cultus spiritualis, poenitentia, fides, sanctimonia, et id genus alia plura, peccatoribus irrogenitis auditu dura diraque sunt, et quae exercere pertinaciter recusant. Haec enim omnia, pravae et vitiosae mentes aut omnino non intelligent; aut si intelligent; dissimulabant tamen et vera esse nolent, quia trahuntur a vitiis quorum suavitate capiuntur. Nam qui avaritia, et opum inexplebili quadam siti flagrant; qui libidinum stimulis incitati, in immunditiam ruunt; vel qui ambitione inflati, omne studium suum ad honores acquirendos contulerunt; sine dubio, id esse fictum malunt, quo desideriiis suis renuntiare coguntur; et fidem non facile commodabant ei doctrinae, quae pravos eorum mores condemnat.—*Mundus* dixit ipse Dominus Jesus, *mundus quod suum est amat; me autem*

tem odit, quoniam ego testor de eo, opera ejus mala esse; oderunt peccatores tum me, tum patrem meum; oderunt me immerito. Hinc verà omnis contra Evangelium oppositionis fons detegitur. Haec infidelitatis et parendi dedignationis scaturigo insauita est. Et ex eo est, quod profani, similem de religione Christiana, ejusque principio, sacra scriptura, judicium ferunt, ac Achab de propheta Micaja filio Jimi; *est vir quidem ait Rex improbus, per quem consultas Jeboram, et ego odi eum, quia non de me bonum, sed omnibus diebus suis malum prophetat.*---Verum, si religio Christiana pravis hominum cupiditatibus, malitiae et superbiae indulget, aut minus severe contra peccata omnia fulminaret; si summum Numen se minus sanctum, et, in providentia sua morali, justum exhiberet; non oppugnatio talis, non hoc exitiale contra revelationem bellum, vel olim extiteret, vel nunc temporis esset. Hac de causa Nero, Diocletianus, alique Tyranni potestate armati, eam gladio, confiscationibus, carceribus et proscriptionibus persecuti fuerunt. Ex his etiam principiis, Voltaire, comites Shaftsburius, multique homines, ingenio et literatura.

literaturâ cœteroquin acuti et clarissimi, praeclarum et coeleste hocce argumentum obnixe ludibrio, conviciis et scommatis conati sunt tractare. Falsum et verum, pravum et rectum RIDICULO optime internosci affirmantes. Hinc veritates maximi momenti sic subvertunt, et res religiosissimas deformant, ut indignae veneratione videantur. Humano capiti cervicem forte equinam, pictores isti jungunt, animose clamantes, risum teneatis amici? Haerent audientium et legentium animis ridicula; antequam quid illudatur, expenditur; capiuntque inconsideratos improbosque, haud gravatim ea laudentes, quibus delectantur.--- Sed operam et oleum apud prudentiores, inutile conamine ridiculi patrones perdiderunt. His enim jocos scurrilibus nihil aliud efficiunt, nisi ut aperte confiteantur, argumenta quibus religionem Christianam appugnant, non satis momenti habere; et quod demonstratione frangere non pollent, hoc odiosissimo armorum genere, vulneribus forsitan afficere moliantur. Unde

A a

nolescentes.

nolentes ipsi, veritatem religionis Christianae revera confirmant.*

Tantum potuit suadere libido.

Si vero argumentum nostrum Judeorum respectu sit considerandum; observari omnium prius necesse sit; Religionem Judeorum hodiernam

* Illustris Grotius hoc argumentum egregie tractavit. Ante eum Phil. Morneus, et posteos innumeri fere auctores, sub hoc, aliove titulo veritatem religionis Christianae demonstravere; Adversariosque plene refutaverunt.

The three famous Deists, *Collins*, *Tyndal*, and *Woolston*, attacked Christianity on different sides. *Woolston* directed his force against the *miracles*—*Tyndal* his against the *necessity of revelation*—and *Collins* levelled all his artillery against the *prophecies*—but they all met with a defeat. Christianity was never defended in a more clear, cool, manly, and rational manner. The Bishops *Gibson*, of London—*Chandler*, of Darham—*Sherlock*, of Salisbury—and *Smallbrook*, of Litchfield and Coventry—the Doctors *Lardner*, *Clark*, *Bentley*—with many other divines, nobly defended the truth, and maintained the honor of our holy religion. In the year 1726, *Collins* boasted that more than thirty-five pieces had been published against his *grounds and reasons*; more than sixty were published before 1731 against *Woolston*; and a very great number against *Tyndal*. Since those times, this Deistical Triumvirate has caused the publication of books enough to compose a moderate library.

Claude Essay on the compos. of a sermon—notes vol. 1. p. 318.

ernam immane quantum distare, ab illa quam Patres sub vetere foedere amplexi fuerunt. Vera erat religio Judaica olim et plane divina, ac Christianae non exigua testimonia praebet; nunc autem, ubi etiam convenit cum veteris legis institutione, nihilominus falsa dicenda est; cum omnem cultum ceremonialem, et totum altaris ministerium, adventu Messiae, ejusque passionibus, plene antiquatum esse constet.— Contra Judeos igitur si veritas religionis Christianae probanda sit, demonstrationis PRINCIPIA, ex Messiae criteriis solummodo deducenda sunt. Hic enim error Judeorum primarius est, quod Messiam veteris instrumenti prophetiis praedictum, nondum venisse, sed eum adhuc venturum credant perhibeantque. Hoc eorum proton pseudos; et ex hoc, omnis infelicitis hujus Gentis infidelitas, imo infausta ejus ab Ecclesia excommunicatio derivatur.

Divini Messiae criteria dari indubitata, unde is ab omnibus aliis facile dignosci possit, nemo Judeorum neget. Promissiones enim primitus factae de semine futuro, ab hac ipsa gente oriundo, totius Theocratiae erant fundamentum,

men, et foederis Sinaitici scopus omnino ultimus. Cui quaeso, alias fini hujus populi feperatio? Unde paries ille intergerinus quo natio Isacida ab omnibus aliis gentibus excluderetur discriminabaturque? Quis omnium legum Mosaicarum, praesertim earum quae ad sacrificia et sacerdotum ministerium respectum habuerunt, finis? **MESSIAM** horum omnium Alpha et Omega, principium et finem fuisse, extra controversiam ponitur.—Sed si singula veteris foederis de Messia praedicta, quae ad ejus personam, exinanitionis et exaltationis status, officia, ut et manifestationis in carne tempus, aliaeque coetera ad eum pertinentia spectant, colliguntur; et cum iis, quae in novo foedere de Christo Jesu tradita, fideliter collata sint; summum testamenti utriusque consensum esse abunde adparebit; et in **CONSENSU** religionis Christianae veritas contineri videbitur.—Cui enim soli prophetiae omnes veteris foederis de Messia conveniunt, eum esse Messiam, haud cunctanter credere et asseverare debemus. At has prophetias omnes in Jesum Nazarenum, et in neminem alium praeter eum, plane quadrare ex tali collatione, liquide

quide constat. JESUM CHRISTUM itaque verum esse *Messiam* (femen illud promissum) qui venturus erat, firme credimus, et alius nobis non est expectandus.*

Ex ipso novo etiam Testamento, pro religionis Christianae veritate contra Judeos, aequae ac alios omnes, argumentari legitime possumus. Si enim VERA sunt quae ibi scripta extant; si tot miracula patravit Jesus; si tot prophetias edidit, quae deinde sunt eventu compro-

B b

batae;

* For that these prophecies, concerning our Saviour Christ, could have no other original than the immediate supernatural revelation of God Almighty, is evident from the thing itself.—And thus do we plainly see that the scripture-prophecies evince a Deity;—nor do they only evince a Deity, but confirm Christianity also; partly as predicted by them in the several circumstances, a grand one whereof was the Gentiles reception of it; and partly as itself predicting future events, this spirit of prophecy being the testimony of Jesus. Both which scripture-prophecies, of Christ in the old Testament, and from him in the new, are of equal, if not greater force to us in this present age, for the confirmation of our faith, than the miracles themselves recorded in the scripture; we having now certain knowledge ourselves of many of those events, and being no way able to suspect, but that the prophecies were written long before.

Cudworth Intellect. System, Book 1. chap. v..

batae; si cruci adfixus fuit; si ex mortuis tertio die resurrexit; et in coelum receptus, spiritum sanctum in discipulos demisit, sicut eis fuerat pollicitus; si haec omnia, sic se revera habeant; fatendum quidem, Jesum vere Deum, et simul hominem sanctissimum fuisse, quem fraudis, vafricie, ac simulationis suspectum habere nefas sit. At vero haec omnia sunt **VERA**.—Ille Deus aequae ac Homine Messiam esse palam professus est, factisque probavit: **MESSIAS** IGITUR FUIT, et ejus religio ut sit etiam vera necesse est.*—Sed longius non progredimur, ne vestra abutamur patientia.

CONCLUDIMUS

* Consule de hoc maximi momenti argumento Librum cui titulus **P. D. HUETII DEMONSTRATIO EVANGELICA**: quo eruditus auctor veraces esse historias in novo Testamento scriptas luculenter docet; et praesertim Jesum Nazarenum verum esse Messiam, exprofecto et magno literaturae adparatu demonstravit. Parallelismum clarissimorum dictorum ad Christum pertinentum, quae vetere Testamento praenunciata sunt, cum eis, quae in novo Testamento de Christo Jesu narrantur, proponit; singula de Messia praedicta collegit, earumque complementum diligenter confert ac ostendit; unde propositio, non in medium profertur solum, sed gravissimis argumentis et demonstratione ipsa comprobatur.

CONCLUDIMUS itaque, objectionibus Deistarum, Judeorum, ominumque Infidelium, non obstantibus, VERAM ESSE RELIGIONEM CHRISTIANAM; vero, vereque divino eam niti principio; eamque, salutis viam quae Deo quam maxime digna est, et statui peccatoris approbe convenit, nobis commendare. Quin et unicam esse sub coelo datam religionem, qua sancta conscientiae pax restituitur; remissio peccatorum omnibus Dei virtutibus consentanea promittitur; et spes vitae aeternae, fundamine immoto superstructa, confirmatur.

“ Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos,”
 “ Nunc frondent Sylvae, nunc formosissimus annus.”

Praestantissimam proh religionem Christianam! Cujus argumentum summum eo tendit; ut nos commonefaciat qua ratione, salva Majestate sua, Deus cum peccatoribus miseris in gratiam redire possit. Quas docet Deum equidem simplicem, et unum esse, sed tres distinctas personas eandem divinam naturam possidere; PATREM nempe, FILIUM et SPIRITUM SANCTUM. Inter quas ante mundi primordia, consilium formatum initumque est pactum Gratiae,

Gratiae, de certis hominibus a peccato et interitu redimendis, eo modo ut Persona *prima* jus inviolabile, Deique majestatem supremam tueretur; *secunda* Mediatorem ageret, et assumpta natura humana, determinato ac praestituto tempore in mundo comparens, diris et multis passionibus peccata omnium Electorum expiaret; atque ita Justitiae divinae resolveret jura. *Tertia* vero, spiritus sanctus, in liberatis a dominio et culpa peccati, ejus quoque elueret maculam, refingeretque salvandos ad imaginem divinam, quae consistit in sanctimonia.—O Religionem vere divinam! *quae* hominem considerat tanquam peccatorem duplici malo, peccati scilicet ac poenae gravatum; et proinde, sub utroque, jure merito gementem.—*Quae* nobis exhibet summum hominis finem verumque bonum in communione cum Deo esse positum; atque ad eam obtinendam, reconciliationem cum Deo Judice, et liberationem a potestate Diaboli esse necessariam.—*Quae* porro, solam perfectam Christi sponsoris Justitiam adducit, tanquam id, propter quod nos justificamur.—Hanc pro electis suis Christus consummavit;

hanc

hanc eandem imputat electis Pater, quem admodum Christo imputavit ipsorum peccata; medium vero, quo Justitiam Christi, et Justificationem ex ea pendentem accipimus, fidem esse innuit.*—Ejusque ac ae-

C c

ternae

* Quoniam Justificationis doctrina per totum Theologiae corpus sese diffundit, et praeclarissimum verae religionis palladium est, adeo ut hoc, sicut cadatve Ecclesia: Labet sectionem XXIII, nostrae Catecheseos Heidelbergensis verbatim addere; ut inde sententia Ecclesiae nostrae reformato Belgicae de hoc Dogmate, ex hac publica formula unionis Ecclesiarum nostrarum, quam non tantum solemnem subscriptionem recipimus, verum quoque in concionibus Ecclesiasticis fideliter sectamur, unicuique hinc Terrarum eo clarius pateat.

Ques. LIX. At cum haec omnia credis, quid utilitatis inde ad te redit?

Res. Quod in Christo justus sum coram Deo, et Haeres vitae aeternae.

Ques. LX. Quomodo justus es coram Deo?

Res. Sola fide in Jesum Christum, adeo ut licet me mea conscientia accuset, quod adversus omnia Dei mandata graviter peccaverim nec ullum eorum servaverim: ad haec etiamnum ad omne malum propensus sim, nihilominus tamen, modo haec Beneficia vera animae fiducia amplectar, sine ullo meo merito, ex mera Dei misericordia mihi perfecta satisfactio, Justitia et sanctitas Christi imputetur ac donetur, perinde ac si nec ullum peccatum ipse admissem, nec ulla mihi labe inhaereret, imo vero quasi eam obedientiam, quam pro me Christus praestitit, ipse perfecte praestissem.

Ques.

ternae salutis certitudinem, per spiritus sancti testimonium, animique renovationem, atque, promptum ac alacre vitae inculpatae studium, acquirendam esse asserit. Quae denique hominem peccatorem, primum *miseriam* suam; deinde ex miseria *Redemptionem*; tum pro redemptione debitam *grati animi* demonstrationem, ordine convenientissimo docet.—Hac religione tandem *erudimur, ut impietati mundanisque cupiditatibus valedicentes frugaliter, et juste, pieque vivamus in hoc seculo: expectantes speratam beatitudinem, adventumque gloriosum magni Dei et servatoris nostri Jesu Christi. Qui semel ad multorum tollenda peccata oblatus, iterum sine peccato conspicietur expectantibus se ad salutem.* Ast in adventu suo, augustoque coelitem comitatu,

Quantum dissimilis, quantum O mutatus ab illo,
 Qui peccata luit cruciatus non sua, vitam
 Quando luctantem cunctata morte trahebat !

HAEC

Ques. LXI. *Cur sola fide te justum esse affirmas ?*

Res. Non quod dignitate meae fidei Deo placeam, sed quod sola satisfactio, Justitia, et sanctitas Christi mea justitia sit coram Deo : Ego vero eam non alia ratione, quam fide amplecti et mihi applicare queam.

HAEC sunt tremenda Religionis nostrae mysteria. *Æternis temporibus tacita, nunc autem manifestata per scripturas Propheticas, juxta mandatum aeterni Dei, ad obedientiam fidei, per omnes gentes notificata.* Rom. xvi. 25, 26. Hinc Christianismi Divinitas evidenter patescit. Quae hominum, quae angelorum solertia, haec tam abdita, tam sublimia, tantoque intervallo omnem omnium creaturarum captum superantia, excogitare potis fuisset? Quam adoranda hic se pandit Dei sapientia, justitia, sanctitas, veritas, bonitas, philanthropia, in inveniando, dando, perficiendo hoc salutis nostrae medio? Quam placide conscientia peccatorum suorum onere pressa, in tali sponse, tali sponsione acquiescit? Hic demum animadvertens dignum Deo, securum homini reconciliationis nostrae modum. Quis haec in lumine spiritus contemplans non erumpat in sanctissimi, justissimi, verissimi, optimi, maximi Numinis laudem? O profunditas Divitiarum Sapientiae et Scientiae Dei! O mysteria quae cupiunt ipsi Angeli perspicere! Gloria PATRI, qui talem nobis Sponsorem, excitavit, admisit, dedit! Gloria FILIO, qui se humana carne vestiens vadium

monium pro nobis tam libenter, tam patienter, tam constanter obivit! Gloria SPIRITUI SANCTO tantae nobis felicitatis indici, testi, arrha-boni!*

EUGE Patriam meam! euge novum orbis Americani imperium!

O Felix nimium! si jam infidelitatis error
Excidit; O Felix! tua si bona denique noris.

O tu quoque si scires, ac quidem hac ipsa die fausta, quantum Religioni Christianae debes! Tibi etenim saluti fuit, eritque! Suspice Revelationem hanc revera divinam! Recipe, si-nuque foveto Libros infallibili veritate prae-ditos! Religioni Naturali ad beatam immortalitatem obtinendam, nunquam confide.— Nullus enim felix peccatori ad Deum aditus est, nisi per Mediatorem; et Ratio humana sibi relicta de Mediatore continuo flet. Vitam aeternam ex Foedere Operum promerendam ne sperato, neve expectato. Evacuatum et antiquatum est hocce Foedus; adeo ut omnis spes

* Sunt Verba cel. Wittii Oeconom. Foed. Lib. II. cap. IV. § 23.

spes coelestis beatitudinis juxta id foedus potundae, omnibus omnino peccatoribus excidat. Manet quidem Lex divina, semperque manebit, tanquam nostri officii norma; sed quatenus conditio foederalis est, cujus praestatione, vel ex toto, aut ex parte, ipse Homo peccator jus ad vitam comparare queat, revera abrogata est.—Ex horrenda igitur miseriae ac maledictionis abyssu, oculos sustolle, et JESUM adspice Foederis Gratiae, pacisque Principem; illum ceu Dominum Justitiam tuam, non gestu solum, sterilique professione, sed renovato corde, fide viva, vitaeque sancta, agnosce et supplex venerare!

DIXISSEM, nisi me venerandae SYNODI praesentia feriisset, atque de officio commonuisset.

DIGNISSIMA suffragia vestra reverendi admodum in Christo Patres, Fratres in Domino dilectissimi, me, huic sacro sanctae Theologiae Professioni admoverunt. Hodie vero mihi, ex auctoritate plurimum venerandae Synodi, officium hoc, honoris equidem, sed cu-

D. d.

rae

rae simul ac laboris plenum, publice suscipiendum atque inchoandum est. Tanti Beneficii, vestraeque de me, meisque studiis bonae aestimationis memoriam, sempiterna grati animi benevolentia colam; ac, ut aliquatenus rependerem, minimum hoc vobis polliceor, viri reverendi; me operam daturum, ut ei, quo a vobis dignus habitus fui, novo muneri, neque labore, nec diligentia, aut fide, a vobis et aliis aequis rerum aestimatoribus, deesse judicer.—Sanctum Evangelium, salutiferasque ejus veritates, totis viribus S. Theol. Studiofis exponere, ac contra adversarios defendere; Ecclesiamque sanguine Christi partam, ea ratione magis et magis stabilire; hoc mihi propositum; hoc, corroborante me, quae est in Christo Jesu gratia, jucundissimum praecipuumque opus erit.

Interim Patres Fratresque semper observantissimi, cum me nunc atque in posterum, amoris patrocinioque vestro, submitte et candide commendaverim, non possum, quin vos enixe obtester: per Patrem luminum benignissimum, Qui divini vos luminis participes fecit; per
Jesum

Jesum Christum cujus servi estis, cujusque dulcissimum nomen super vos est invocatum; per sacro sanctum illum Spiritum, qui vos obsignavit; per, quod vobis unquam cordi aut curae fuit; oro atque obtestor, ut RELIGIONEM CHRISTIANAM omni nisu atque conatu promulgetis; veritates Christi, auro effosso, argentove lectissimo praetiosiores, magis magisque ematis, ac eas nunquam, quocunque pretio venditemini. Expressam formam teneatis sermonum sanorum: praeclarum illud depositum, vita ipsa multo carius, summa fide et sancta diligentia custodiatis.—Deus ipse ducat vos omnes, viri venerandi, mihi que charissimi, per spiritum sanctum in omnem omnino veritatem et sanctimoniam; suggeratque vobis perpetim consilia Ecclesiae suae salutaria. Domus suae optimis, rebusque sanctis Templi sui faturemini. Fortitudine igitur Jehovae aggrediamini, Justitiam solius ejus commemorate; eamque, et doctrina, et vita inculpata, moribusque sanctis, fideliter hominibus commendate; tandemque post feliciter decertatum fidei certamen, cursumque absolutum, justitiae atque gloriae coronam vobis gratiose reddat Dominus equissimus Judex!

Et

ET nunc Vos cujuscunque ordinis cives, cum primis, in populos quibus est permiffa potestas; errorum tenebras Evangelii luce depellite. Discete, docete verum; et miffum a Deo Verbum, Religionem, FILIUMQUE ipsum amplectamini. ILLE vobis erit pax, fi quando, quod Deus avertat, venerit Affyrius quidam in terram; atque, ut nuper calcaret palatia noftra. O fi bene noveritis, experientia edocti, quam felices, quam fint revera beati, qui fidem ac fpem fuam, gaudio amoreque plenam, in DOMINUM NOSTRUM JESUM collocatam habent!—Haec, O! Respublica noftra vita erit tua.—Hoc tutiffimum praefidium, hic honos, hic murus tibi plusquam aeneus efto!

VELIT DEUS ter optimus maximus, protector et unica fpes noftra, qui pacem Imperio, qui Ecclefiae suae rurfus quietem dedit; Bona haec magni existimanda, diuturna et perennia effe! Confervet Religioni Christianae pristinam fuam puritatem, et indies eam magis augeat! Patriae noftrae benignus fit, Proceribus eorumque conciliis et actis benedicat, atque ea prospera reddat! Ecclefiam ubivis terrarum degentem.

degentem protegat, et praecipue in tutelam suam recipiat Ecclesias reformatas; earumque Pastores ! Scholas et Academias augeat et perpoliat ! Docentium Discipulorumque laboribus faveat ! Ecclesiarum ministerio Evangelii etiamnum egentium memor sit ; et Operarios, doctrina, fide, moribusque sanctis bene praeditos, emittat in Messē suam ! Populum Christi ubicunque oppressus gemit, defendat, et ex potestate Tyrannorum eripiat ! O si denique acceleret beatum Tempus, longe ab hinc promissum, quo omnis Terra plena erit scientiae Jehovae ; quum Dominus noster spiritu oris sui Antichristum illum confecerit ; quando plenitudo Gentium intrabit, totusque Israel fervabitur !

D I X I.

